

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Opvscvlvm Qvartvm. De humanarum passionum dominio, in quo situm sit,
& quomodo acquiri possit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](#)

NICOLAI LANCICII

E SOCIETATE IESV OPUSCULVM SPIRITVALE

Q V A R T V M

De humanarum passionum dominio, in quo situm sit, &
quomodo acquiri possit.

INDEX CAPITVM

HVIUS OPUSCVLL

Proemium.

Quibus nominibus appellantur passiones
humanae.

CAP. I.

Quae sit definitio passionis.

CAP. II.

Quot sunt passiones in homine.

CAP. III.

Cur, & quomodo quaedam passiones persi-
stent ad potentiam concupiscentiam, aliae
ad irascibilem.

CAP. IV.

Cum motus harum passionum sint veri a-
ctus & actiones, cur appellantur passio-
nes.

CAP. V.

Cum etiam in appetitu intellectivo, hoc est,
in voluntate rationali hominis, sint a-
mor, gaudium, ira, delectatio, tristitia,
odium, timor, & alij actus ac affectus, si-
miles actibus undecim passionum appe-
titus sensitiui supra enumeratis, quomo-
do hi ab illis differunt.

CAP. VI.

Possuntne penitus extirpari haec passiones, ita
ne penitus sint in nobis.

CAP. VII.

Fueruntne haec passiones in B. Virgine Ma-
ria.

CAP. VIII.

Habuitne Chr. D. has passiones.

CAP. IX.

Suntne passiones in Angelis & in Dea-
ca.

CAP. X.

Fueruntne passiones in Adamo ante pecca-
tum.

CAP. XI.

Potestne homo in hac vita acquirere perse-
cutionem passionum suarum dominium.

CAP. XII.

Soluuntur obieciones contra dicta capite
precedente.

CAP. XIII.

Quia in re situm est passionum Dominum,

seu quid requiriatur ad hoc, ut quis ver-
dici & esse possit dominus & victor sua-
rum passionum, & qui effectus sequan-
tur post acquisitionem passionum Domini-

nium.

CAP. XIV.

Quibus modis ex parte Dei, servi Dei ase-
quuntur tale passionum dominium, qua-
le descripsimus.

CAP. XV.

Quibus mediis a Deo adhibitis, homines se
disponunt ad acquirenda Dei dona, &
per supradicta media ac dispositiones se
dignos reddunt, quibus Deus, earum in-
stitutu largiatur passionum dominium,
vel alias valde raras & eximias virtu-
tes, & ut acquisitione dominio ac virtuti-
bus aliis, bene illis videntur, tam in obla-
tis ultro occasionibus, quam in questiis
ab his.

CAP. XVI.

Quae media ex parte nostra conducunt,
ut citè acquiramus dominium passio-
num & virtutes in gradu valde alto.

CAP. XVII.

Quo differt passionum dominum ab ori-
ginali insititia seu innocentia paradisa-
ca, in qua fuit adam ante peccatum.

CAP. XVIII.

Quo differt passionum dominum ab Apa-
thia damnata a sanctis.

CAP. XIX.

Si vera sunt, quae supra diximus reperi in
hominibus habentibus passionum Do-
minum, videatur hoc dominum non
differ-

differre à ligatione & ablatione fomitis, qui in Christi D. Humanitate non fuit, & in B. Virgine Maria à Theologis assertur fusse ligatus in eius prima sanctificatione quam accepit in utero S. Anna matris sue, & postea ablatus fuisse totaliter, tunc, dum Christus D. in ea incarnatus est. CAP. XX.

Estne idem dominum passionum, quod Mortificatio passionum. CAP. XXI. Estne idem dominum passionum, quod nostrī abnegatio. CAP. XII.

Hoc passionum dominium estne aliqua specialis virtus, vel qualitas, aut habitus distinctus ab aliis virtutibus, & quid tandem est. CAP. XXIII.

An non melius est, carere passionum domino, vt in nobis remanente difficultate in bene operando, remaneat occasio meriti, quod crescit, dum superatur difficultas & opus difficile perficitur. CAP. XXIV.

Quae virtutes magis conducunt ad acquirendum passionū dominii. CAP. XXV.

Cum passionum Dominum raro conceda-

tur, an non sit presumptio velle illud assequi. CAP. XXVI.

Quae virtutes sunt in potentia concupisibili, ut moderentur eius passiones, & quae singularum natura. CAP. XXVII.

Quae virtutes sunt in potentia irascibili ad moderandas passiones eius, & quae earum natura. CAP. XXVIII.

An omnes virtutes moderentur passiones, & quomodo perducant ad passionum dominum. CAP. XXIX.

An sit contra perfectionem dominij passionum, vehementer irasci, & acriter reprehendere ac punire discolos, & alios delinquentes. CAP. XXX.

An possit assignari certum temporis spatium, quo exacto, acquiratur passionum Dominum. CAP. XXXI.

Quibus signis possit cognosci, virū spiritualem, nondum acquisiuita passionum suarum perfectū Dominum. CAP. XXII.

An, & quantos, prædicti perfecto passionum dominio, sentiant in se motus passionum, timoris, tristitiae & alios similes. CAP. XXXIII.

V INDEX rerum præcipuarum in his Capitibus tractatarum, Ordine alphabeti, est post finem totius operis positus.

PRO O E M I V M.



Tirones in vita spirituali, nondum Theologicis ex culti disciplinis, imò & veterani mei similes agnoscāt, quod sua debeat, dirigere Studia, ad assequēdam omnem vitę spiritualis perfectionem, scire debent, quousque se possit, & soleat in hominibus perfectioribus, extendere refractio[n]em seu moderatio passionum nostrorum, omnino necessaria ad pleniorē vite spiritualis perfectionem. Nam, vt scribit S. Gregorius Papa, Perfectus quisque, cùm in se ipso vita vicerit, statim mentem, etiam contra vulnera passionis accingi. Quod quidem non quomodo unquam faciendum est, sed quemadmodum monet S. Diadochus. Sic oportet in omnes cupiditatem eius partiu[m] anima, queratione caret, (in quā sunt passiones) odium exercere eos, qui spiritualiter carent, vt in habitum illud vertant. Cuius rei necessitatam pulchre declarat Abbas Isaac apud Cassianum, petitam similitudine ab ædificatione turris altissimæ, cum similem esse ait, virtutum perfectam acquisitionem: quam necessariō præcedere debe-

re ait, omne repurgium vitiorum, & effusionem ruderrum passionum: & si viues, vt aimes, ac solidæ terra pectoris nostri, imò illi Euangelica petra in sublimi scansura Superiucuntur simplicitatis & humilitatis fundamenta firmissima, quibus hac turris spiritualium virtutum molitionibus extruenda, & immobiliter valeat stabilit̄, & ad summa celorum fastigia, confidentia proprie firmitatis attoll. Quam tamen ædificationem virtutum & firmitatem, non vires naturæ solius parunt, sed Diuinæ gratiæ auxilia & dona, quæ ad hoc tanquam simpliciter necessaria, agnouit Cassianus, dum ex suo sensu locutus est lib. 6. Inst. c. 5. &c. Et lib. 12. Inst. ca. 9. 10. 11. Et Coll. 10. cap. 10. Coll. 3. cap. 10. in fine, & cap. 12. 13. 14. 15. capite verò 16. art. sacrilegium esse quicquam de bonis actibus nostra industria & non Dei gratia vel adiutorio deputare: additque, neminem posse sine Dei inspiratione vel cooperatione spiritales fructus exhibere: idque confirmat tum dicto S. Jacobii Apostoli c. 1. Omne datum bonum & omne donum perfectum, de virtute est: tum S. Pauli celebri illa pro necessitate Diuinæ gratiæ sententia. Corinth. 4. Quid habes quod non acceperisti? Quid si acceperisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Si-

mi-

1.
1.6. mor.
cap. 8.
cap. 43.

Col. 9.
cap. 2.

quodl. 4.
cap. 14.
pp. 30.
l. Offic.
11. Offic.
ibid. de
Cina &
Abel. c. 6.

milia habet capite 22. eiusdem Collationis. Merito porrò S. Thomas ait: *Puritas mentis sita est, ut mens homini à passionibus inordinatis sit libera.* Hinc & Ethnici hoc ipsum docuerunt tanquam necessarium ad complementum virtutum.

Demosthenes, Prudentis, inquit, officium est, enī ut cupiditatem rationis semper habeat obtinentem : Cupiditas autem vna est è præcipuis passionibus, imo fons illarum. Cicero, Excellentes huminas & humana contemnentes, cerni in daubus aucti & solam id quod honestum sit, bonum iudices, & ab omni animi perturbatione liber sis. Nam & ea que eximia plenisque & preclara videntur, parvi ducere, eaque ratione stabili firmaque contemnere, fortis animi magnique dicendum est: & ea qua videntur acerba, quae multa & varia in hominum statu formaneque verantur, ita ferre, ut nihil à statu nature discedas, nihil à dignitate sapientiæ, robusti animi est, magnæ constantia. Et alio in loco, inter tres res, in quibus omnem verti virtutem, secundam esse dicit: *Cohibere motus animi turbatos, quos Graci Nævii nominant: appetitiones, quas illi obsecrare, obdientes efficer ratione.* Quod sane procurandum est omnibus, maximè Religiosis, quia deploranda res est, naturalibus subiectis affectibus, & tam durum perpetuè ferre dominatum. Nam, vt ait S. Gregorius Nyssenus, *Quinque eorum qui in nobis sunt affectus, cum prevaluerit, dominus subacti, & in servituem redacti existit: ac veluti tyrannus quispiam arce animi occupatā, per ipsos subditos vexat ac affligit, obdientes, ministris ad id, quod ei placitum fuerit, nefris cogitationibus abutens.* Sic ira, sic metus, sic timiditas, sic audacia, agritudo, pariter & voluntatis affectus, odium, contentio &c. Et omnes qui per contrarium in nobis intelligantur affectus & perturbationes, tyrannorum quorundam, ac dominorum, pro suo imperio animam veluti captiuam quandam subigunt, enumeratio est. Ne sumus ergo captiuū nostrarum passionum, sed domini: quod Diuinæ gratiae auxiliis fiet, aſequi poterimus, modis infra explicandis. Talem virum ita dominante sive passionibus immortale appellat S. Ambrosius: *Animum vincere, iracundiam cohibere, compungentesq; leges carnis & mentis in unum cogere, immortalis est cuiusdam viri, quem inferni porta non suscepere.*

Sed vt agnoscatur quibus in rebus situm sit passionum humanarum dominium, earū prius natura, seu qualitas, rudi Mineruſ, sine subtilitate Theologicis, explicanda est, vti & numerus eorum, & alia.

CAPUT PRIMUM.

Quibus nominibus appellantur Passiones?

R⁴ Eſpondeo, cum S. Augustino: Motus animæ quos Graci Nævii appellant, ex Latinis quidam, vt Ci-

ero, perturbationes dixerunt: alijs affectiones; alijs affectus: quidam vero ex Graeco expressius, passiones vocant. Similiter S. Gregorius Nyssenus: *Passionis, inquit, id est affectus, passiones, siue perturbationes & motus* dicuntur, que non omnino mali alicuius causa, humana natura contributa sunt, sed certo quodam usu voluntatis, & arbitrij, vel virtutis, vel vitij instrumenta tales animi motus existunt. *Quemadmodum ferrum dum ex sentientia artificis cudiatur, quocunque ferramentum artificis animo voluntas destinaverit, ad id etiam formatur, & vel gladius, vel rustici alicuius operis instrumentum fit.*

CAPUT SECUNDUM.

Quæ sit definitio seu descriptio Passions?

R⁵ Eſpondeo, à S. Joanne Damasceno sic Passio- nem definiri, & à S. Thoma recipi: *Passio est Pam. 1.2. motus sensibili, seu sensitivus, appetitus potentia, seu fid. c. 22. virtutis, ob imaginacionem boni vel mali, prouenies Th. 1.2. q. scilicet. Vel aliter: Passio est motus irrationalis ani- ma, ob opinionem boni vel mali,* ita eam definit Elias Cretensis.) Nam opinio boni concupiscentiam mouet, ac mali opinio mouet iram. Porro alio modo in Com. apud antiquos Alcetas, teste S. Joanne Climaco, Or. II. Na. nomen passionis in materia peccatorum sume. gr. 15. col. batur. *Passionem enim eam propriam esse dicebant,* qua tempore in animo vitiis insedit, eumque iam sui consuetudine, in suum habitum transduxit ad eum, ut suā sponte propriae iam voluntate ad eam currat.

CAPUT TERTIUM.

Quot sunt Passiones in homine, & ubi resident?

R⁶ Eſpondeo, esse undecim, & recipi in appetitu sensitivo, seu irrationali, qui vocatur sensualitas. Est autem appetitus sensitivus, seu sensualitas, in corpore insita facultas in inferiore hominis portione, scilicet corde, vel, vt alij putant, in corde & hepate existens, quæ haberet pro suo proprio obiecto bonum, aut malum sensibile, illi per imaginacionem representatum, tanquam conueniens, vel disconueniens homini. An. 10. mor. c. 4. Porro hic appetitus sensitivus duas habet Gab. 2. d. potentias seu partes, concupisibilis & irascibilis, 16. q. vñ. & quas re ipsa non distingui inquiunt Angelus in 3. d. 2. & Gabriel, communis tamen & vera sententia q. vñ. 2. est, eas & in homine, & in brutorum re ipsa distin- Th. 1. p. q. gu, vt docet pluribus locis S. Thomas & S. Bo- 81. a. 2. & nauentura, & Scotorus, & Albertus, Valentia, To- 3. & q. 59. letus, Conimbricenses, Azor, cum Tanner qui a. 2. & 2. eos citat: & habere in corde sedem dicunt post Q. 23. a. 1. Hippocratem, Zenonem, Posidonium, Chry- Tann. to. sippum, Aristotelem, Theophrastum, & alios 2. q. 4. d. 1. Peripateticos ex Velasio, Conimbricenses, Va- 2. & 7. lentina,

lentia, Toletus, consentiente S. Thoma. Quan-
quam l.c. num. 7. non improbatum pater esse
sententiam, concupiscentem praecepit residere
in hepate, irascibilem in corde, ut dicunt Galen-
nius, Cicero, Plato citati a Tanner.

Concupiscentia mouetur erga bona, quae ap-
prehendit sibi esse conuenientia, fugit autem
sibi contraria.

Irascibilis vero exurgit, & pugnat contra ob-
iecta habentia difficultates occurrentes in bo-
norum consecutione, & in malorum, quae sunt
in concupiscentia, fuga: dum hic & nunc ab ope-
rante existimatur bonum aliquid difficile ac-
quisitu, & malum evitatu difficile, idque ob im-
pedimenta, & aduersantia obstacula, quae vel
illius consecutionem, vel huius evitatem videtur
posse impedire, siue interim bonum il-
lud, & malum suu natura tale sit, ut difficulter
ab operante acquiratur, aut evitetur, siue non
sit.

In appetitu concupiscenti sunt sex passiones:
Amor, Odium, Desiderium seu concupiscentia,
Fuga seu Abominatio, Delectatio seu Gaudium,
Tristitia seu Dolor. Harum passionum tres res-
picunt bonum appetibile: Amor, Desiderium,
& Gaudium.

Amor est quadam propensio affectus erga
bonum cognitum, vel utile, vel pulchrum, vel
delectabile, siue illud sit res, vel actio aliqua, siue
persona, prout abstracta a praesentia, vel absen-
tia, vel vt definitur a S. Gregorio Nysseno: *Est in-
trinsicus insita habitudo in id quod est secundum.*

Desiderium, seu quod idem est, *Concupiscentia*, est quadam velut progressio & extensio Amoris ad bonum amatum asequendum seu
amplectendum. Estque iudicio Aristotelis duplex naturalis, insita natura, ut erga cibum &
potum; innaturalis, quae sequitur estimatiuam & rationem, ut erga honores, pecunias. Illae sunt
finitae, vt in bestiis, haec infinite terminum non
habentes, vt in auarissimis, luxuriosis, teste Aristotele
& experientia.

Gaudium, vel delectatio est quadam in bono
addepto & possesso letitia.

Odium vero & fuga, seu abominatio, est au-
tersio appetitus a malo, hoc est eo, quod ab ope-
rante velut malum concipitur, ut illud evit-
etur.

*Est autem Odium mali in appetitu avertio
& horror.*

Fuga vero seu abominatio est, recessus appeti-
tus a malo futuro seu possibili non arduo.

Tristitia autem seu dolor, est appetitus mole-
stia, orta vel ex interna mali praesentis appre-
hensione, vel ex mali corporis coniuncti sensibili
experimento, & incommmodo.

Porrò in appetitu irascibili sunt quinque:
Spes, Desperatio, Audacia, Timor, Ira, que & in-
 dignatio zelusque dicitur.

Est autem passio Spei, quadam appetitus motio

erga bonum arduum, quod se posse acquirere
putat.

Audacia vero est quidam motus appetitionis
erga bonum instans, & arduum.

Ira, est appetitus vindictae ob iniuriam illa-
tam. Porro, ut ait Cicero, *Iracundia ab ira differt*, ad 2.
ut anxietas ab angore. Neque enim omnes sunt anxii,
4. Tusc. qui anguntur aliquando, neque anxii anguntur sem-
per. Et inter ebrietatem, & ebriositatem interest, aliud
est esse amorem, aliud amantem. Idem docuit Se-
neca. Ira effectus enumerat S. Gregorius Papa, l. 5. moral.
vel, ut ait S. Augustinus, est motus animi prouo-
cans ad poenam inferendam.

Desperatio, est debetio appetitus propter dif-
ficultatem in asequendo bono, quod quis se
obtentur diffidit.

Timor est regressio & subductio appetitionis
a malo futuro arduo, sed eutabili.

Ceterum inter omnes has passiones, Amor S. Aug.
est principalis, & quasi initium & fons cetera.
rum dum exurgunt, ut pluribus in locis docet
S. Thomas post S. Augustinum, quia homo nihil
aliud desiderat, nullum aliam re delectatur, nisi & q. 60.
quod amat. Item nil odit, nil fugit, ob nil aliud & 1.2. q.
tristatur, vel dolet, nisi ob malum, quod bono
amato apprehendit contrarium. Nihil etiam
sperat, ob nihil aliud audet aggredi ardua, nisi
ob id quod amat: ob nil quoque irascitur, def-
perat, & timet, nisi ob bonum quod amat, dum
illud alicui non potest.

Et quia multa sunt causae, & incentiva amo-
ris, ut sunt forma corporis, dinitas, beneficia,
amor signis declaratus ab alio, nobilitas, digni-
tas, prudentia, eloquentia, gratia in agendo, mo-
destia, & compostitio membrorum, vocis suau-
itas, complexionis & speciei similitudo, sanguini-
tas, vel patriæ, vel linguae, vel studiorum ac oc-
cupationum communio, eruditio, & multiplex ad.
doctrina, & quaevis in mechanicis, & liberali-
bus artibus excellentia, & his similia ideo la-
tius & frequentius in nobis passio amoris suas
vires, & motus excitat, & alias concitat passio-
nes. Ideo mala nostra omnia attribuantur in-
ordinato nostri amori, quem proprium, seu sen-
sualem appellamus, & experimunt omnium ma-
lorum ac peccatorum causam esse, quod de eo
asserunt Deus Pater S. Catharine Senensis, & do-
cent Sancti, ac vita spiritualis Magistri.

De effectibus Amoris vide S. Thomam, l. 2.
q. 28. a. 1. 2. 3. 4. 5. & q. 6. 6. a. 6. & q. 37. a. 2.

CAPUT QVARTVM.

*Cur & quomodo quadam passiones perti-
nent ad potentiam concupiscentiem, aliae
ad irascibilem?*

*R*espundo hoc posse agnosciri ex obiecto ha-
rum duarum potentiarum. Obiectum com-
potentiae concupiscentialis, est bonum vel malum
sensi-

sensibile, simpliciter acceptum, in quantum est delectabile, vel dolorosum: sed quia necesse est, quod interdum anima difficultatem vel pugna paratur, ad ipsiusmodi eleuationem: in quantum hoc est quodammodo eleuatum supra faciem potentiam animalis; ideo ipsum bonum, vel malum secundum quod habet rationem ardui vel difficultatis, est obiectum irascibilis. Quaeunque ergo passiones respiciunt ab solitudo bonum vel malum, pertinent ad concupiscentib; ut Gaudium, tristitia, amor, odii, & similes: quaeunque vero respiciunt bonum vel malum sub ratione ardui, prout est aliquid adipiscibile, vel fugibile cum aliqua difficultate, pertinent ad irascibilem, ut audacia, & timor, & spes, & huiusmodi.

^{§ Th. lib. 4.} Bonum ergo Primo, in potentia appetitu, seu concupiscentia, tanguam eius obiectum, cuiat quandam in- ducationem, seu aptitudinem, seu connotat alitatem ad bonum quod pertinet ad passionem amoris: cui per con- trarium respondeat odium ex parte mali.

Secundo, si bonum sit nondum habitat, dat ei mo- num ad sequendum bonum amatum: & hoc pertinet ad passionem desiderij, vel, quod idem est, concupiscentie, & ex opposito, ex parte mali est fuga, vel, quod idem est, abominatio. Tertio, cum adeptum fuerit bonum, dat appetitu querationem quandam in ipso bono adepto; & hoc pertinet ad delectationem, seu quod idem est, gaudium: cui opponitur ex parte mali, dolor, seu, quod idem est, tristitia.

In passionibus autem irascibilis potentia presupponitur quadam aptitudo, vel inclinatio ad prosequendum bonum, vel fugendum malum, ex concupiscentia potenti; & respectu boni nondum adepti, est spes & desperatio, respectu autem mali nondum incipientis, est timor, & audacia: respectu autem boni adepti, non est aliqua passio in irascibili, quia iam non habet rationem ardui: sed ex malo iam incienti, sequitur passio ira. Hæc S. Thomas. Quoniam vero triplices sunt animæ veluti vires Rationalis, Irascibilis, & Concupiscentialis; Deus peculiar modo has potentias distinguit, dum dat dominium passionum. Ideo cum duo Seraphini presentarentur Spiritui Sancto S. Gertrudem, Spiritus Sanctus rationalem vim animæ splendore sue Divinitatis perlustravit, ad cognoscendam suam in omnibus laudatissimam voluntatem: Irascibilem vero confortavit ad resistendum omnibus iniunctis machinationibus, & ad vincendum omne malum. Concupiscentiale autem vim animæ inflammat, ut ardenter tota corde, tota anima, totisque viribus Deum amet.

CAPVT QVINTVM.

Cum motus harum passionum sint veri-
ctus & actiones, cur appellantur passio-
nes?

^{8.} R Epondeo, ideo passiones dici, quia per illas, dum exurgunt, patitur aliquid corpus hu-

manum, praesertim cor, in quo est sedes appetitus sensuum, à quo haec passiones emanant. *Licet, 1.1. Offic.* inquit Cicero, ora ipsa cernere iratorum, aut eorum, qui aut libido aliquā, aut metu commoti sunt, aut voluptate nimia gestiunt: quorum omnium vultus, ro- ces, motus, statu, mutantur. Hinc, vt notauit S. 1.5. mor. Gregorius: *ira sua stimulis accensum cor palpitat, cap. 31.* corpus tremit, lingua se prepedit, facies ignescit, exasperantur oculi, & nequam cognoscuntur noti.

Sicut ait Aristoteles, *voce, & manibus, & labro* ^{sect. 27.} *inferiore tremunt qui metunt, & vt q. 8. addit, al-* ^{probl. q. 6.} *gent. & stiunt.*

Audacia, vt notat S. Thomas, adfert membris ^{9.} *exterioribus frigiditatem, & tremorem:* ^{1.2. q. 45.} *niam reuocat calorem ad interiora, sicut & ti-* ^{a. 4. ad 1.} *mota: nisi quod timor dimittit illum ad inferio-* ^{1.2. q. 44.} *res partes, audacia vero ad cor, vii docet idem* ^{a. 1. ad 2.} *S. Thomas alio in loco.*

Amor quoque, vt docet S. Thomas, disputans ^{1.2. q. 28.} *ex professo, An amor sit passio læsiva amantis,* ^{a. 5.} *quantum ad id quod est materiale in passione* ^{2. p. 3.} *amoris (quod est immutatio aliqua corporalis)* ^{2. p. 3.} *ait, esse læsuum propter excessum immutatio-* ^{2. p. 3.} *nis. Hinc Sponsa in Canticis dixit: Fulcite me flo-* ^{Cant. 2.} *ribus, stipite me malu, quia Amore langue. Vnde a-* ^{2. p. 3.} *liqui putant Beatam Virginem Mariam, non ex* ^{2. p. 3.} *alio morbo, quam ex vehementi passione Amo-* ^{2. p. 3.} *ris, & desiderij, quo flagrabit videndi filij, & in-* ^{2. p. 3.} *tensissime contemplationis, extremum diem* ^{2. p. 3.} *obisse, vii obseruauit Gregorius de Valentia* ^{2. p. 3.} *& Suarez. Quod confirmari potest, tum autho-* ^{2. p. 3.} *ritate S. Ioannis Damasceni, dicentes credi eam* ^{2. p. 3.} *mortuam sine illo dolore;* ^{2. p. 3.} *mois autem per* ^{2. p. 3.} *morbum cauata, vi doloris extinguit hominem;* ^{2. p. 3.} *ut exemplis Sanctorum. Potest, inquit S. Tere-* ^{2. p. 3.} *fia, crescere adeò amor & desiderium Dei, vt subiectum* ^{2. p. 3.} *naturale illud sufferre nequeat, & aliqua persone ita* ^{2. p. 3.} *sunt mortue. Et ipsam hoc modo esse mortuam* ^{2. p. 3.} *asseruerunt Cardinales sacrorum Rituum in* ^{2. p. 3.} *Relatione factâ Gregorio XV, pro eius Cano-* ^{2. p. 3.} *nizatione. De S. Catharinâ Senensi scribit Su-* ^{2. p. 3.} *rius: Amoris Christi in ea tanta vis fuit, vt cor Virgi-* ^{2. p. 3.} *nii à summo yisque deorsum creperit, rupta, vitali-* ^{2. p. 3.} *bis venis, olâ vi diuini amoris spiritum reddiderit. Sed* ^{2. p. 3.} *post quatuor horas ad vitam rediit.*

Tristitia quoque corpus vehementer alterat. ^{11.} *Vnde Spiritus S. ait: Spiritus tristis exsiccat ossa.* ^{11.} *Et Prou. 17. c. 25. Sicut linea vestimento, & vermis ligno, ita tristi-* ^{11.} *tia viri nocet cordi.* ^{11.} *Et Ecclesiastici 30. dicitur: Cassi. 9.* *Multos occidit tristitia.* ^{11.} *Quod fusè, & pulchrè Cal-* ^{11.} *fianus declarat. Et S. Bernardus, Tristitiam, dicit,* ^{11.} *omnis boni esse impedimentum.* ^{11.} *Idem iudicium est de aliis passionibus, quia* ^{11.} *per illas corpus patitur aliquam sensibilem al-* ^{11.} *terrationem: quæ quoniam non reperiuntur in ap-* ^{11.} *petitu intellectivo seu voluntate suos actus, &* ^{11.} *affectiones proprios elicente, ideo eius affectus* ^{11.} *non sunt passiones propriæ dictæ, vt docet S. 2.3.* ^{11.} *Thomas.*

CAPVT SEXTVM.

Cum etiam in appetitu intellectu, hoc est
in voluntate rationali hominis, sint Amo-
mor, Gaudium, Ira, Delectatio, Tristitia,
Odium, Timor, & alij actus, & affectus
similes actibus undecim passionum app-
petitus sensitivi supra enumeratis, quo-
modo hi ab illis differunt?

12.

Respondeo similes quidem esse actus irae, amo-
ris, doloris, & alios passionum appetitus
sensitivi, actibus voluntatis quoad materiale, &
quia sacerdote circa idem obiectum versantur: diffe-
rent tamen. Primum, quia affectus voluntatis sunt
intrinsecè liberi, & boni vel mali morali boni-
tate vel malitiâ, actus autem passionum in se
non sunt liberi, nec boni vel mali, nisi prout
subiacent imperio rationis & voluntatis. Et tunc
dicuntur voluntarij, cum vel à voluntate impe-
ratur, ut ab appetitu sensitivo elicantur, vel
cum non prohibentur tunc, quando prohiberi
deberent, ut benè docet S. Thomas.

Secundò differunt, quia passionum actus sunt
circa obiectum sensibile tantum, si spectentur
iuxta naturam suam: at actus voluntatis etiam
circa obiecta spiritualia non sensibilia verfan-
tur. Obiectum enim voluntatis est omne bo-
num secundum se consideratum, proinde tam
circa res spirituales & immateriales versari pos-
tent, ut & circa sensibiles, quæ solæ sunt obiec-
tum appetitus sensitivi, & materia circa quam
passiones ex naturâ suâ versantur.

Tertiò differunt, quia actus voluntatis despo-
ticè subsunt voluntati eos eliciunt: unde eâ no-
lente statim cessant. Actus vero passionum non
obedient semper appetitu sensitivo post Adami
peccatum, ideo sacerdote sentimus in nobis ini-
tius, iram, dolorem, tristitiam, & similes affec-
tus, qui dum homo esset in statu innocentiae
paradisiaca, antequâm peccasset, non sentie-
bantur eo inuitio.

Quartò, Actus voluntatis per se non alterant
corpus, ut actus passionum, ideoque illi non
appellantur passiones, ut benè docet S. Thomas.

Quintò, Quia voluntas præter affectus undeci-
mum similes passionibus undecim supra enu-
meratis, habet præterea, voluntatem simpli-
cem, & intentionem, & fruitionem, & electio-
nem, & consensum, & vultum; ita ut in vitroque
appetitu sint septendecim actus, quibus Va-
lentia vult addi tristitiam communem, ut ait
Caietanus.

CAPVT SEPTIMVM.

Possuntne penitus extirpari haec passiones,
ne penitus sint in nobis?

Respondeo cum S. Dorotheo. Haud possibile est, 13.
Omni carere passione: non operari autem illas, ser. 1.
hoc vtique non impossibile est. Et ut S. Cyrillus Ale-
xandrinus ait: Fieri non potest, ut insitam carnis con-
cupiscentiam eradicemus. Fieri non potest, inquit S. in Beati
Gregorius Nyssenus, ut in vita materiali, materia mites,

penitus & affectuum expers vita exigatur. Legislator
penitus vacuitatem affectuum, & imcompatibilitatem na-
tura humana non prescribit. Non enim aqua Legislator
res est ea iubere, quæ natura non caput, nec admittit.
Nam id proinde est, ac si quis aquatilis traducat ad aë-
riam vitam, aut contraria ad aquam deducat ea que in
aere vivunt: idcirco ut moderati pariter & lenes si-
mus, non ut affectum pro�sus expertes, & à perturba-
tionibus omnino vacui finis, beatificatio nos hortatur.

Nam hoc quidem excedit naturam, illud verò virtute
conficitur. Ideo S. Hieronymus acriter inuechiatur, epist. ad
tua, contra eos qui suadebant, & tanquam po-
sibilem docebant απόθεων, hoc est, ut ipse ex-
plicat, imcompatibilitatem, vel imperturbationem, quando
nunquam animus vlo perturbationis virtus commone-
tur; & ut simpliciter dicam (inquit Hieronymus
loci citato) vel saxum, vel Deus est. Idem docent
pasim Sancti alij Patres. Tandem idem S. He-
ronymus alio in loco: Impossible est, perturbatio-
num initis carere quempiam, quas sanctius Gregorius
Nyssenus, ante passiones vocant. Et S. Leo, Nullus, §. 3, quad.
inquit, illecebris commoueri, nullis cupiditatibus inil-
lari, non est istius vita.

Quin & Plutarchus, Ratione, ait, non est consi-
lium motiones animi & affectus stirpium euellere: ne-
que enim potest, nec opus est, nec expedit: sed terminum
quendam & ordinem ei prescribere, moraleq; virtu-
tes constitutre, quæ quidem sine affectione motuq; non
sunt, sed symmetria ipsorum & medocrutis.

Idem ibide: Neque enim qui temulentiam re-
rentur, vinum effundunt, nec affectum qui perturbatio-
nes timent, euellan, sed ei adhibent modum.

Quin & Stoicos (qui contrarium sensisse
putantur immerito, ut infra ostendam, agno-
visse passionum motus naturæ nostræ initios, 172.173.
ex scriptis eorum ostendit S. Augustinus, & 1.9. civit. cap. 4.
nil, vel ferè nihil diuersum sensisse à Peripa-
tetici ait. Peripatetici autem de passionibus na-
turalibus rectam doctrinam triderunt, tan-
quam de ingenitis naturæ humanæ affectibus,
rectâ ratione moderandis.

Natura nobis initius, inquit S. Chrysostomus, hom. 6. de
ostendit sua, & infirmitates eius superare non posse-
mus (id est, ne sint in nobis omnino) nec si valde
studiosæ, cupiamus: nec culpamus istud, quia vtique
nihil ladinus, sed inde magis sumus admirabiles. Non
enim crimen est mortem timere, sed è contrario, quan-
ta laus est, cum mortem timeas, nihil turpe asque seru-
le per-

le perpera per timorem. Non enim naturam habere in primis subditam, sed sernire infirmitatibus, (id est passionibus naturalibus) criminosum est: ut me tu magnus ille habeatur atque mirabilis, qui imbecillius ac nature voluntatis virtute superauerit. Quid enim referat natura esse, quod potest effici voluntatem? Im- tam id est melius, sponte esse bonum quam forte, quanto viue prestat coronam & amplissimam laude decorari, quam penitus nil mereri. At firma est natura. Imo si relata voluntatem fortem habere, atque robustam, hoc lo sit plaus firmius &c.

frugiferum efficiat: quid si id factum non fuerit, igni discriben agri prouentus faciendum reservat. Quocirca si aliquis his rescit, & ut ratio postulat, reatur, & in sepe quidem recipiat ea, non autem ipse in potestate illorum redigatur, sed tanquam Rex aliquis magna manu subdiscitorum adiutorice reatur, facilis asecutus fuerit id, quod cum virtute efficeret conatur. Sin autem, quemadmodum fieri solet, cum serui aliqui aduersus Dominum insurgunt, illis obnoxia fuerit, & seruili arrogante atque confidentia degeneri abieciro que animo succubens, seruus & mampicium eorum factu-

Et infra: *Commoueri malum non est, sed irrationabiliter, nulloque iusto flagitante negotio commoueri.* Velas nobis, inquit S. Bernardus, *intr' fines tuos habitat lebus lepus, subiugari potest, sed non exterminari;* id que probat sententia Apostoli dicentes: *Non quod robo bonum hoc ago, sed quod odi malum, illud facio. Si autem quod odi illud facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum, scilicet concupiscentia fomitis,* quam vers. 23, appellat, *legem in membris suis, repugnantem legi mentis suis, quod est passionis proprium.*

S. Gregorius Nyssenus inducit suam sororem diliputantem secum de animâ, & resurrectione, & probantem passiones esse quid ab animâ diuersum, sed veluti quasdam verrucas ex cogitatrice parte anime enascentes &c. per bona semina in Scripturâ ostensas: quorum seminum rnumquodque si ad bonum duximus excoletur, virtus fructum nobis profici produceret. Sed quoniam iuxta hec inspersus est error circa iudicium boni & honesti, atque id quod sepius ac solum ex sui naturâ bonum ac rectum est, per germen fraudis & erroris, quod vna excrevit, obtenebratur, & obscuratur est (nam concipi cendi vi non ad id, quod naturâ bonum & honestum est, cuius gratia nobis etiam induita est, senata est, & excrevit sed ob bestialiter, pecorinamente & ratione exper-

CAPUT OCTAVVM.

*Fueruntne ha^m passiones in Beata Vir-
gine?*

Respondeo, fuerunt quoad suam naturam, sed viis carum diversus fuit a nostro, tum quia nunquam illam ad ullum peccatum perduxerunt (quia Beatissima Virgo nunquam peccauit, etiam venialiter) tum quia nunquam eam inuitam perturbarunt, & ad aliquid illicitum allicerant, tum quia (ut etiam in Christo) nunquam illam impeditabant in bono, nec per grauedinem corporis ex illis ortam, nec per obfuscationem rationis in considerationibus suis, nec per resistentiam villam, operum eius bonorum inchoationem, vel continuationem impudentem, aut eius in bene operando promptitudinem & feruorem minuentem: ut in nobis experimur.

CAPVT NON V M

Habuitne Christus Dominus Passione.

- R**espondet, habuit. *Quia enim veram humanam carnem & animam substantiam suscepit, inquit S. Bernardus;* veram utriusque naturam, nec corporis illi defusuram, nec anima passionem. Vnde S. Thomas ex profecto probat, in Christo sufficere appetitum sensuum, qui sensualitas dicitur, quia humanam natum, p. q. 1. a. 4. & seqq. assumptum cum omnibus quae pertinent ad perfectiōnēm humanae nature, in qua includitur etiam natura animalis, sicut in specie includitur genus, ad perfectiōnēm autem naturae animalis perire appetitus sensuum. Sed passiones in Christo non exurgebant contra, vel preter rationem, verū tum tantum, quando iis perfectissimo dominio imperabat, ut suos actus elicerent. Sic in horto ante Passionem timuit, & tristatus est: sic gaudebat: amabat, dolebat, iratus est: Ideo hos in illo affectus, quia perfectissimum rationis imperio ad suumutum nutum obdecebant, exurgendo, & dirando, & cessando pro eius libitu, appellando censet S. Hieronymus non passiones, sed propensiones.

Sic, ut ait S. Bernardus in Lazarī suscitacione, *infre mali spiritu, & turbauit se ipsum non conditio- nes nec statu: sed sue beneplacito voluntatis. In fremuit, ut quid Theophilactus, in affectionem spiri- tui. Qui aenam contristatus fuit, homo enim erat vere, & re credibili esset humana natura, permisit illi proprium operari: & asperè trattat carnem, incre- partum spiritui S. virtutis: utique caro non serens in crepitandum turbatur. & fremit, & cum manore pugnat. Numis tamē temi exaggeravit Theophilactus.*

Præterea non quam eum impediabant in rebus bonis, non resistebant rationi, non aggrediabant corpus, non obfuscabant rationem, que omnia in nobis efficiuntur.

I.10. Trin. Quando ergo S. Hilarius negare videtur
in 3.d.15. passiones fuisse in Christo, de talibus passionib.
fin. 3. P.Q. bus loquitur, quæ, sicut in nōl'is, sentiantur ex
15.a.5. ad nécessitate peccata, vt ex ipsis' verbis ostendit
I. Magister sententiarum, & S. Thomas.

CAPVT DECIMV

Suntne pa'siones in Angelis, & in Deo?
Videntur enim esse, quia & Angelis
& Deo Scriptura attribuit, i'ram, dolo-
rem, gaudium &c.

17. Respondeo cum S. Augustino: scandi angelorum & sine ira puniant, quos accidunt aeternam Dei lege puniendos, & misericordia misericordie compassionem subueniant, & periclitantibus eis quod diligunt sine timore opitulentur. Etiamen istarum & romane

passionum consuetudine locutionis humanae, etiam transversum usurpat propter quandam operum similitudinem, non propter affectionum infirmitatem. Sicut ipse Deus secundum scripturas vestitum, nec tamen vili passione turbatur. Hoc enim verbis vindictae usurpat effectus, non illis turbulentis affectus.

Qua de re eleganter scripti S. Isidorus Pe-
lusiota : Scelerum correctionem atque animaduersio-
nem, quam Deus emendationis nostra causa efficit, nec
iram, nec indignationem vocare debemus, verum pa-
tientia admitionem. Quod si hanc quoque iram non
nulli esse existimant, binc etiam ipsis erga hominum
genus benevolentiam predicant, dum Deum propter
homines, quorum causa humanitatem etiam induit, ad
affactus descendere arbitrancur.

Metaphorica ergo est locutio, dum Deo in	Aug.in c.
S. Scripturā adscribuntur passiones aliquæ, ob	6. Mai.
effectus bonos qui in nobis solent ex similibus	18. Aug.in
passionibus provenire. Ibi hoc explicat Patres, Psa. 31.	
Origenes, Basilius, Hieronymus, Ambrosius, Chr.h.2,	
Chrysostomus, Augustinus, Laetantius, Damas-	de penit.
cenus cum S. Thoma.	Aug.in

CAPVT VNDECIMVM

*Fueruntne Passiones in Adamo ante pec-
catum?*

Respondeo fuerunt, sed ordinata, & non om-
nis quæ nunc sunt in nobis, nec eo modo
quo sunt in nobis.

^{2.2.3. ad} Primò enim passiones illæ , quæ respiciunt
malum, non fuerunt, ut timor, dolor, & huius-
modi. ^{3.} ^{19.} ^{8. Th.t.}

*Secundò, Nec illæ passiones fuerunt, quæ ref-
piciunt bonum non habitum, & nunc haben-
dum, ut cupiditas æstuans.*

Tertius, Passiones quæ possunt esse boni præsentis, ut gaudium, & amor, & quæ sunt futuri boni in suo tempore habendi, ut desiderium &c. Grec. non efficitur.

Quod præter S. Thomam paulo ante citat. l. 14. cit.

timere vel dolere poterant illi homines (scilicet in statu innocentiae paradisiacæ) in tantorum tantâ affluentia bonorum, vbi nec mors meruerat, nec villa corporis mala valetudo, nec aberat quicquam; quod bona voluntas adipisceretur: nec inerat, quod carnem animumque hominis feliciter viviit offendere. Amor erat imperurbatus in Deum, atque inter se coniugum fiducia & sincerâ societate viviuntur, & ex hoc amore grande gaudium, non desistente quod amabantur ad suendum. Erat deuotio tranquilla peccati, qd. & manente nullum omnino aliunde malum, quod conturbaretur.

Quarto, Paſſiones quæ respiciunt bonum ſine s. Th. r. vili moleſtia, ut Amor, gaudium, & ſimiles, erat p. 495^a. in illo ſtatu ſed perfectissime ſubiecta rationi¹. cum ſuo appetu lenitudo: quæ ſubiectio ſita erat in hiſ.

Prj-

Primum Nunquam passionum motus exurgebat ante uertendo rationis & voluntatis imperium.

Secundum Excitatæ ex rationis & voluntatis imperio, non durabant diutius, nec erant vehementiores aut tepidiores, quam homo vellet.

Tertius, Homini volenti facere aliquid boni, aut bene operanti non resistebant, nec opus reddebat difficultatem suam resistentiam, quæ tunc nulla erat.

Quartus, Non obfuscabant rationem in eius cogitationibus, & deliberationibus.

Quintus, Non inclinabant hominem ad ullam rem malam, & rectæ rationi contrariam, aut ab ea disceptantem.

Sextus, Corporis membra non commouebat ad res illicitas, & ad licitas modo inordinato, quem primi parentes nostri post peccatum sacerdunt in rebellione membrorum, ad quam tendam, suam nuditatem texerunt.

Septimus, Non grauabant corpus tali grauedine, qua obſtinet homini volenti bene operari, vel impeditur illum in cursu boni operis inchoati, ne posset promptè & expeditè in illo peragendo pergere, vel cogaret illum circuitus quam per effet defilere à bono opere inchoato & continuato.

Octauus, Non poterant perducere hominem ad ullum peccatum veniale: quod in eo statu prius homo committere non potuit, quam commisſerit aliquod peccatum mortale, ut cum Theologis probat S. Thomas ex professo.

Nono, Non impediabant quin corpus plenè & totaliter obediret rationi, sicut ipsa ratio per supernaturale donum subdebetur Deo, & ratione, vires inferiores, scilicet appetitus sensitius cum potentissimis concupiscentiis & irascibili, & actibus passionum. In quo statu subiectio anima ad Deum, erat causa subiectionis virtutum inferiorum, & corporis rationis: & quādiu ratione manebat Deo subiecta, inferiora ei subdebandunt, ut dicit Augustinus; post transgressionem verò præcepti, sacerdunt motum inobedientiæ carnis suæ, tanquam reciprocum pœnam inobedientiæ suæ. Ideo S. Chrysostomus ait vitam Adami & Eua ante peccatum, non inferiorem fuisse quam Angelicam.

CAPUT DVODECIMVM.

Potestne homo in hac vitâ acquirere perfectum dominium suarum passionum?

Respondeo. Inueni viros spirituales, sed eorum è numero, qui, ut scripsit Seneca, non putant fieri quæ facere non possunt, ex infirmitate suâ de virtute ferunt sententiam, & ut ait S. Gregorius Papa, renunt bona credere quæ ne/sunt operari; inueni, inquam, tales, qui putabant non posse in hac vitâ perfectum acquiri passionum domi-

nium: vii nec refrænationem innati nobis omnibus somnis, & concupiscentiæ spiritui nostro repugnant. Sed ut loquar cum Abbe Sereno, Periculosa presumptionis est, ne cum rebus rectè Caff. Col. discussis, nec certâ ratione collectâ, de naturâ cuiuslibet 7.c.4. rei proponere, definire, ac de fragilitate sua consideratione capere coneturam, nec de statu, & qualitate ipsius discipline, vel de aliorum experientia proferre sententiam.

Respondeo ergo cum S. Ioanne Climaco: *Eſe gr. 26. col.* quidem per difficile eas perturbationes, quibus diutius 4.

affueti sumus, vincere, nihil tamen Deo eſe impossibile.

Et col. 16. Remissione citò plurimi potius sunt, beatam verò tranquillitatem nemo repente possedit. Hac enim ut acquirere posimus, tempore longo, ac Dei adiutorio,

& singulari gratiâ nobis opa eſt. Posse autem ac-

quiiri passionum dominium, et si tardè (loquen-

do de viâ ordinariâ) nunc ostendam Sanctorum

dictis & exemplis, & paulò post explicabo in

Responsionibus ad alia quaſira, in quo situm sit

hoc dominium passionum, & per quæ media

acquiratur, & quomodo differat ab innocentia

paradisiacâ, seu iustitia originali, & apathia à

Sanctis damnata, & à ligatione ac extincione

somnis quæ erat in B. Virgine Maria.

Posse ergo in hac vitâ acquiri perfectum domi-
nium nostrarum passionum, infra explican-
dum patet.

Primum, Generali doctrinâ fusè tradita à S.

Thoma, probante diuisionem virtutum tradi- 21. tam à Plotino Platonicon Philosophorum a.3.

principi, relatam verò à Macrobo, qui expli- Pl. Eunea cans virtutes hominum iam aſſequentiam diuinam de.1.2.

ſimilitudinem, quas appellat, virtutes iam purgati a. cap.3.

num, tales esse ait: Quod prudens, sola diuina in- Mac.1.1.

tueatur, ieperantia terrenas cupiditates nesciat: forti- in somn. 5. cip. c.8.

tudo passiones ignoret: iustitia cum Diuina mente per-

petuo ſæderi ſocietur, eam scilicet imitando: quas qui-

dem virtutes dicimus eſe Beatorum, vel aliquorum in-

hac vitâ perfectissimorum.

Hac S. Thomas. Cum ergo Beati habeant perfectissimum suarum passionum dominium, poterunt & aliqui viri perfectissimi, iudicio S.

Thomæ, in hac vitâ illud habere, et si non in

tam perfecto gradu, viri Beati: quia adhuc sunt

viantes in statu imperfectoriæ ad celestem

beatiitudinem aspirantes, & habent corpus ſep- ratiōni relitens.

Secundum, Confirmatur hæc doctrina à S.

Thoma ibidem alia autoritate Plotini, quam Resp. ad ibi recipit. Plotinus, inquit, dicit, quid virtutes 2. arg.

politicæ (secundum quas dixerat paulò antè, re-

citè se habere hominem in rebus humanis gerendū) apud Ma.

quod, inquam, virtutes politicæ, passiones molliant, id

est, ad medium reducunt: secunda, scilicet purgatoria;

aſſerunt: tertia, que sunt purgari animi, obliuſcantur:

in quartis, scilicet exemplaribus (que sunt in ipso

Deo) mēſas eſt nominari, (scilicet passiones) quan-

tu duci poſſit, quid loquitur hic de passionibus, ſecun-

dum quid significant aliquos inordinatos motus.

in corp.
Artic.

Hæc S.Thomas. Quocirca si iudicio S.Thomas, *virtutes purgatoriae*, non tam perfectæ, vti sunt ea, quas appellavit iam purgati animi, *passiones inordinatas auferunt*, & quas dixerat esse eorum, qui in diuinam similitudinem tendant, scilicet proficiendo in virtutibus valde, per quas similes Deo reddimur, & multò magis virtutes iam purgati animi, iam propriæ aliequentium Diuinam similitudinem, auferent inordinatas passiones. Hoc autem est, habere earum dominium, vt infra declarabo.

2.1. Opus. Probat hanc virtutum diuisiōnē etiam S. I.de 4.vir. Bonaventura, & annuit Suarez, & eam antiquorum olim fuisse scribit Eustatius. l.1.eth.c. Relig. l.9. Et non bene explicat Pascalis in opere de virtute & virtutibus c.8. Melius Porphyrius libro de occasionibus, deciso ex longiore eiusdem tr. de virt. disputatione, quam Stobæus serm. t. exscriptis, & vir. vt obseruauit noster Theophilus Raynaudus l.1. feit. 4. insignis Author, idque in omnibus quos ab eo c.2. num. vidi libris editos.

2.3. Tertiū Confirmatur hæc doctrina aliā Authoritate S.Thomæ, qui probans in Christi humanitate non fuisse somitem peccati qui in nobis est causa rebellantium rectæ rationi nostrarum passionum, eiq; non obedientium, & anteuertientum rationis imperium, id ostendit ex eo, quod Christus perfectissime haberet gratiam, & omnes virtutes. Et statim subdit: *Virtus autem moralis qua est in rationali parte anime, eam facit esse rationi subiectam, & tanto magis quamq; perfectior fuerit virtus, sicut temperantia concupisibilis, & fortitudo ac mansuetudo irascibilem.* Ad rationem autem somitis pertinet, inclinatio sensualis appetitus, in id quod est contra rationem sic igitur patet quid quanto virtus in aliquo fuerit magis perfecta, tanto magis in eo debilitatus vis somitis. Hæc S.Thomas. Vnde sequitur, homines eximiari virtutum, ab eis per heroicos actus acquisitatum beneficio, consequi passionum dominium, quod iuxta quantitatem diminutionis seu debilitatis somitis, augetur in eis, & crescit. Cùm enim fomes peccati, vt docent Theologi, ex peccato originali in nobis relētus, proxima sit inclinatio tentiūtatis ad obiecta sensibilia contraria rectæ rationi, virtutes autem morales moderentur, & frātent nostraras passiones, vt docent Theologi cū S.Thoma, & patet experientia; crescentibus valde virtutibus heroicis, per actus heroicos acquisiti, crescent passionum refractio, & moderatione, at tandem per continua incrementa deuenietur ad tale earum dominium, quale infra describemus.

2.2. q. 13. b. a. t. Et q. 41. a. 2. & 3. Et q. 146. a. 2. quodl. 4. 2.24. Quartū, Confirmantur hæc omnia aliā S.Thomæ doctrinā: *puritas mentis sit est, ut mens homini à passionibus inordinatis sit libera.* Ergo potest esse libera. Ergo potest haberi perfectum passionum dominium à nobis in hac vitâ, quia per illud mens sit libera ab inordinatis palliōnum motibus.

Quinto Confirmatur hoc ipsum à simili certâ aliā doctrinâ S.Augustini, & S.Thomæ, & Aug.1.13. B.Laurentij Justiniani, ac aliorum Theologorū c.13. docentium subiectiōnēm perfectissimam passionum, quæ erat in Adamo ante peccatum, or. Th.1.p.9. Iust. de tam fuisse ex subiectiōne animæ ad Deum, & obedientiā per peccatum sublatā, statim passiones, & cap.1. corpus cœpisse rebellare, ac resistere animæ, ac Mol. de rationi. Vnde bene S.Bernardus exclamat: O cu- ratione. opere 6. flos hominum, quare me posuisti contrarium tibi: &c. 2.7. Ipse me posui, & factus sum nihilmetipsi grauius. Iu- Val.1.d. fuisse quidem, vt hosti tuus (scilicet concupiſcen- 7.9.2.p. tia sedes passionum & fons) hosti sit & meu, & Bei.3.8. in Caet. qui tibi repugnat, repugnet & mihi. Ego verò qui tibi, ego qui nihilmet contrarius factus sum, atque in membris meis inuenio, quod contradicat & mente mee, & legi tuae. Quis me liberabit de manib; meis? non enim quod volo, hoc ago, sed me non alio prohibente. Et quod odi, illud facio, sed me non alio compellente: atque vita non prohibito hoc, & hac compulsum, ita effici violentia, vt non effici voluntaria, forsitan enim sic possem excusari, aut certè ita effici voluntaria, vt non violentia, profecto enim sic possem corripi. Nunc verò nūquam exitus misero pater, quem & voluntas (vt dixi) inex- cussabilem, & incorrigibilem necessitatē facit. &c. Sed hanc necessitatem frānat Deus suis auxiliis, & virtutibus quas nobis largit. Anima enim no- stra, & intellectus ac voluntas, & potentia inferiores appetitus sensibili, per virtutes ipsiis inherentes diuinis auxiliis freat, subiiciuntur Deo; hic enim est vnu ex affectibus virtutum, vt Theologi, & Sancti Patres docent: ergo si ex crescunt in gradu valde heroico, & excelsō, crescent magis ac magis subiectio animæ ac potentiarum erga Deum, ac proinde decrecet re- bellio & resistentia passionum: hinc autem orietur dominium earum, eis si non tale quale fuit in Adamo ante peccatum, tamen adeo magnū, vt verè dici possit perfectum earum dominium, quale iuxta vitâ præsentis statum beneficio diuinæ gratiæ haberi potest, modo infra dicendo.

Sextū. Probatur hoc ipsum ratione à priori, quia immediata causa & radix rebellionis pa- Rom.7. ssionum, rectæ rationi contrariarum, est fomes peccati, seu, vt appellatur à S.Paulo, & à Theolo- Trid.3. gis, & à Concilio Tridentino, *Lex membrorum*, num.5. & concupiscentia, hoc est proxima & expedita inclinatio ad actus contraria rectæ rationi ex obiectis sensibilibus eorum excitatos, & ratio- 28. nem præuenientes. Atquiper virtutum præfet- S.Th.3.p. tim heroicarum, incrementum, & profectum 9.79.a.6. in illis, & per Eucharistiam minuitur ac decre- ad. cit concupiscentia, & fomes peccati, vt expref- Ang.1. coct. lū se docet S.Augustinus, & S.Thomas suprà cita- c.3. & 4. tur, & ob hanc abundantiam gratiæ & virtutum in altissimo gradu, ait in Christo non fuisse nupti & concepi, somitem peccati, & in Beatâ Virgine, eum pri- 25. Et inde mò ligatum in primâ eius sanctificatione, dein perf. iust. de penitus extinctum in Christi conceptione cap.8. feu

Th. p. q. *ea Incarnatione, idem cū aliis primariis Theologis docet. Cū ergo reperiantur tales Dei seruit, & semper fuerunt in S. Ecclesiā (quæ ob illos quoque appellatur Sancta) qui perpetuō crescent in heroicis virtutibus, & per actus frequentissimos heroicos, Deique gratiæ sedulō cooperantur, hinc necessariō sequitur, diminutā causa rebellantiam passionum, earum quoque rebellionem diminui ; quæ cū infinita non sit, tandem eō peruenire possunt tales Dei seruit, vt habeant plenum, beneficio virtutum ac diuīne gratiæ, passionum suarum dominium. Sublata enim causa propriā & totali, auferunt effectus, & diminutā diminuitur cā proportione, quā ipsa causa diminuitur.*

l. de oup. & conc. ap. 25. Et ita S. Augustinus afferit, Concupiscentiam quotidie minū in proficienib⁹, & continentib⁹, accidētē autem seneſtute, multō maxime, seu, vt alibi loquuntur, disputans de paſtōnib⁹, & concupiscentia mortib⁹, vt sunt à peccatis diuerſi, per carnem rebellēm spiritū nos impugnantibus, at, nobis ad meliora proficienib⁹, eos magis magis, minū : discedente hinc anima pia, perire, in resurgentē corpore non redi- tuos. Cū ergo, vt docet S. Thomas, inferiores vi- res pertinentes ad ſenſibilē appetitū (à quo proce- dunt passiones) naturaliter ſint obedientes (hoc eſt, apte obediē ratione &c.) Ideo perfeſtio virtutis, qua eiſ ſequuntur rationem rectam, excludit ſomitem pec- catū (adicem passionum) cuius (ſcilicet ſomitis) ratio conſiftit in reſiſtentia ſenſuali appetitus ad ra- tione. Quindo ergo & in effentiā anime erit gratia eam ſanctificans in alto valde gradu, & quando in eius potentis spiritualibus, intelle- & ac voluntate, ac appetitu ſenſitivo erunt vir- tum habitus infusi & acquisiti valde intenſi, proculdubio frāhabunt, & moderabuntur paſ- fiones, ac adſerent dominium passionum.

Th. 1. Confirmatur hec ratio à priori, quia iuxta do- gma. 2. Etiam Theologorum, & Philosophorum mo- 3. ralium, intrinſecē cuilibet virtuti hoc conuenit, 4. vi perficit, & elenet potentiam cui inest, in or- 5. dine ad actum virtutis proprium, & vt contra- 6. ri passionib⁹ reficit, eaſque moderetur ac 7. faciat, & impedimenta reiicit ac peculiaribus 8. & difficultatibus obſtitat, eaſque ſuperet; & vt per- 9. feſticiat nos ad prosequendum debitē inclinatio- 10. nes naturales, & ſi eſt virtus perfecta, (hoc eſt 11. valde excellens & heroica) vt hominem faciat, 12. promptē, hilariter, & conſtanter, ac fertienter o- 13. petari. Cum autem Diuino beneficio, iuſti non 14. tantum in intellectu, & voluntate, ſed etiam in 15. potentia irascibili, & concupisibili fonte paſ- 16. tionum, habeant virtutes inhārentes eis pro- 17. portionatas, vt docent Theologi cum S. Tho- 18. māginc necessariō ſequitur, per virtutes reddi- 19. has omnes potentias magis vel minū habiles 20. ad operandum sine difficultate ex parte ope- 21. ramis, ac proinde fratandas ac domandas 22. paſſiones, à quibus potissimum in operante 23. oriuntur difficultates, & impedimenta, ob reſi-

ſtentiam quam habent (dum ſunt indomitæ) erga rationem. Quocircā dum omnes virtutes erunt in gradu valde eminenti & intenſo pro- ductæ, & acquisitæ per multos, eoſque heroicis actus (vii ſunt in iis, qui habent dominium paſſionum) neceſſe eſt rebellionem paſſionum ita minui, vt planè ſubſint dominio feruentium & fidelium Dei feruorum modo inſra expli- cando : *Virtus enim concupisibili, & irascibili, vt dicit S. Thomas, nullo repugnante Theologo, a. i. in hoc conſilit, vt ſint bene obedientes rationi.*

Septimō probatur Authoritate Patrum. Im- 40. primis Clementis Alexandrini, qui de vītis per- l. 2. stro. feb̄tis diſſerens ait: Qui ſunt voluptate ſuperiores: qui vīncunt animi motu & perturbationes, qui mundo ſunt maiores. Vincere autem paſſiones idem eſt, quod domare. Deinde probatur authoritate S. Chryſotomi, eāque dupli- cī.

Prima eſt vniuersalis, cū dicit nos poſſe in h. 2. i. hac vitā more Cœlitū viuere. Nam explicans Maith. illa verba: Fiat voluntas tua hicut in celo & in terra, Antequam, inquit, ſupremā illa preſtetur habi- tatio, cœlum quodammodo iuſſit fieri ē terrā. vt ſcilect tales ſint etiam dum in eā degunt: ut omnia faciant, & loquuntur, quaſi qui prorū conuerſentur in celo: Denique pro hoc etiam eſſe Dominum deprecandum. Nihil enim eſt, quod propter terrenarum rerum habi- taculum, ad supernarum virtutum perfectionem homi- nes prohibeat peruenire. Eſt quippe poſſibile, vt in terra- rum adhuc regione degentes, quaſi iam in cœlis habi- tent, ita cuncta perſuiciant.

Secunda Authoritas S. Chryſotomi de paſſionum dominio perfecto (quod crucifixionē, h. de mil- tia Chi- ſtiana. & veluti earum extinctionem appellat phraſi

Pauli Apoſtoli) eſte eiusmodi, & non omnibus iuſtis eſſe communem ſic indicat. Omnes, inquit, homines, qui ſe ſtudent humo tollere (at tales pauci ſunt,) & inſerere cœleſtibus, quique naturam mortali- tatis, eunice Angelica conuerſationis emulacione ni- tuntur, vt ſtudio bona voluntatis, Angelorum incorrup- tionem ſequentes, appropinquent Deo (incorruptionē enim, vt ſcriptum eſt, hominem Deo proximum facit) remouant ſe quantum poſſunt ſpiritu virtutis à corpo- re, & penitus abſiſtant à carnali concupiſcentiā. (hæc enim eſt radix omnium paſſionum) morientes quidem ſuper terram huc vita ſequendā imitationem Paſſionis Christi, viuentes autem Angelicam vitam iuxta communionem vite, Domini & reſurrectionem mortuorum, (poſt quam S. Augustinus ſupra ci- tatus ait, non futuras in nobis paſſiones inordi- natas.) Qui enim Christi ſunt, inquit Apoſtolus, hi car- nem ſuam cruciſixerunt cum paſſionib⁹, & concupiſcen- tib⁹. Vbi per concupiſcentias S. Chryſotomus intelligit peccata, per paſſiones vero eos motus ſenſualitatis, de quorum dojinio tra- ctaamus. Deinde diſſerens de iis, qui ad hanc perfectionem non aspirant, ſubdit: Qui autem ad plenam huius exercitū perfectionem, ſicut in verticem monū ascendere non valent, ſaltem in ſecondo virtutis gradu conſiſtere ſtudeant, vt immoderatam carnalium

concupiscentiarum abundantia circumcidant. Quod faciunt illi, qui non habentes passionum dominium, dum perturbantur vehementer ab illis, eis non praebent consensum, & reprimitur rebellionem earum.

Idem S. Chrysostomus alio in loco, hoc dominium passionum ex effectis & exemplis quotidianis ita declarat, & quidem in re omnium difficultimam, mirum in dominio tristitia & doloris, excedente gaudium animi, in hominibus ordinariis, dum persecutioes & graues iniurias patiuntur. Si enim harum passionum dominium potest acquiri, & gaudium temporale aduersitatem haberi, multò facilius aliarum non equè difficultum. Nihil, inquit, aliud graue & acerbum est, quam in Dei offenditionem incurere. Hoc publio, non afflictio, non infidie, non aliud quidquam prudenter animam molestiam afficere potest. Quin potius, quemadmodum si exiguam scintillam in magnum perlegas iniicias, tam protinus extinxeris, eodem modo molestia omni, quamlibet ingens (scilicet res, seu obiectum molestum, & difficile tolerari sine mortis passione) si in animam bene sibi conscientiam incidet, conscientiam perit, & euaneat. Quod sane non experiuntur, nisi qui habent dominium edomitum iam passionum. Pergit hoc exemplis confirmare: *Eo nomine & Paulus semper gaudebat, adeo ut ne sensum quidem tamen orum malorum caperet: ac dolebat quidem ut homo; sed non deiciebatur animo.*

41. *h. 1. in 2. Corint. in moral.* Similiter & insignis ille Patriarcha, cum multa molesta pateretur, tamen gaudio fruebatur. Quanta autem pertulerit, considera: Exulabat patria, profectioes longas ac periculis, sustinuit, cum adiens alienas regiones, ne vestigium quidem pedis illuc haberet suum, hinc rursum fames illum exceptit, coegeritque solum vertere, ac fami rursum succedit rapta coniuncta, ac mortis metus, tum orbitas, bellum, pericula, infidie: postrem accedit diffidatum colophon germani & vni filij inactatio alia, inquam, mactatio, dolorem (ex natura sua & difficultate obiecti ardui apta contrastare summo per) afferens immiedicabilem. (scilicet alii hominibus imperfectis.) Cae*re* igitur putes illum, quoniam facilè paruit Deo omnia illa sine doloris sensu pertulisse. Etiamsi decies milles iustus fuisset, sicut revera erat, homo tamen erat, omnioxus nature affectionibus: locus iste est insignis contra apathiam Enagri & Palladij, sed nihil horum illum dedit (qui est primus gradus omnium minimus, in dominio passionum, ut infra dicetur) sed ut dicit generosum ac fortem athletam, constitit, & in horum uno quoque ceruanum victor, & coronam dignus pronunciatus est. Consimiliter & B. Paulus, cum videret quasi niuis camulos, tentationes quotidie ingravatas non alter quam si in medio paradiso vixisset, ita gaudebat, gestebatque. Similia dicit de S. Iob & Martiibus. Virtus enim, ut idem alibi dixerat, tam est iniuncta, (scilicet dum perfecta est) tam nihil cedens huius mundi varietatibus, sed super malitia retia volitans, quasi è sublimi specula quadam, sic omnia humana despiciens, nihil quod aliis molestum est sentit. Et sicut is

qui super excelsam petram flat, fluctus ridet, quos videat ad petram magno impetu disrumpi, ac protinus in ipsum soluita & virtuti vacans, in seculo constitutus loco, nihil insueta fert à rebus turbulentis, sed tranquillus animo, & quietus sedet, intelligitque res huius vite, nihil differre ab aminum fluentis, tam rapido cursu transirentibus, &c. Virtus hic quoque est potentior insidiantibus, & plane iniuctos facit fuos, continuamque prabat voluptatem, & ne sentire quidem finis rerum idarum inequalitatem.

Et secundum 2. in Genes. Subigenda sunt ac domanda ratione magis aliena ac belluina cogitationes, ferociores & immaniores, earumque dominatus ratione committendus. Et quomodo fieri potest, dicit aliquis, ut bellum cogitationem quis subigat? Quid ausi mihi homo? Leones subigimus, eorumque animos cicures reddimus, & dubitas an cogitationem feritatem ad mansuetudinem possit traducere? tame si leoni naturalis est feritas, præter naturam verò mansuetudo, tibi verò contraria naturalis est benignitas, feritas verò præter naturam. Ergo qui id expellit quod est naturale, & anima bellue inferis, quod præter naturam est, in tua ipsis animis, quod est naturale non poteris conservare? quis hoc summe non tribuat negligientia? Nam in leonis anima præter hanc difficultas est altera: est enim experientiam animalis anima bellue, at in anima tuæ est ratio, & Dei timor, multumque ex multis partibus auxiliu ostenditur. Ne igitur prætextus & excusationes pratendas.

Idem alibi conferens vita cœlestis statum Or. de B. parentem omnī animi perturbationē, aut dolore, cum statu peregrinatorum in hac vitâ, quales sunt, qui habent dominium suorum affectuum naturalium, sic ait: *Et quid mirum est, si locus ille purus est ab omni molestia animi, cum Paulus hominibus adhuc in hac vita degentibus loquens, dicat: emper gaudete, sine intermissione orate. Quod si hic ubi morbi, ubi infestationes, ubi prematur mortes, ubi calamitas, ubi perturbationes, ubi ira, ubi cupiditates, ubi innumerabiles infidiae, ubi quotidiana sollicitudines, ubi perpetua fibri, succedentia mala sunt, innumeros ex omni parte dolores afferentia, Paulus dixit fieri pesse, ut semper gaudeamus, si quis paululum ex rerum mundanarum fluctibus exeretur caput, vitamque suam roborat compouerit, multò magis postquam hinc demigrauerimus, &c.*

Et alio in loco: *Quando fuerit ab irâ remotus, & ab iniudia mundus, & liber ab omni tyrannica animi med. perturbatione, traducitur est ad ipsam angelorum imparabilitatem.*

S. Augustinus præter loca supra citata, in s. argum. quibus dicit concupiscentiam in nobis immunitum (quod non nisi per acquisitionem passionum dominij sit, nam ipsa naturalis potentia appetitus, cum sit spectans ad substantiam corpoream hominis, non minuitur) plus aliquid dicit, & videtur dicere, totaliter posse omnem concupiscentiam extirpari.

Nani libro 88. questionum ait: *Charitatis nutrimentum esse immunitionem cupiditatis: perfidio nem,*

h. 23. in Genes.

nen, (scilicet Charitatis) nullam cupiditatem: signum projectus eius imminutio[n]em timoris: signum perfectio[n]e eius, nullum timorem: quia & radix omnium malorum cupiditas: & consummata dilectio, foras mittit timorem.

Et in Psalm. 1. explicans, & tanquam vas fulgi cōteres eos; idem, inquit, conteres in eius terrena cupiditates, & veteris homini latale[n]ta negotia, & quidquid de peccatore limo contractum atque inolum est. Et nunc reges intelligite, id est, iam innotiatis iam contritus luteis regumennis id est, carnalibus vasis erroris que ad praevitam vitam pertinent, nunc intelligite iam reges id est, iam valetius regere quidquid in vobis seruit arque bestiale est. Passiones autem sunt res feriales & bestiales in homine, possunt ergo iudicio S. Augustini, regi tanquam serui recalcitrare.

Et in Psalm. 6. in fine: Et illud hic accipi poterit, ut tanquam geminem (Davidem) & tam sapientiam faciem, Deus exultaverit, intelligatur liberatus a peccato, etiam omnes peruersos motus carnalis affectionis domusse. Et in Psalm. 8. Haec ciuitatis, in qua diabolus regnat, quasi p[ro]les omnes delicate affectiones & turbamenti motus animi: quotidianas seditiones in homine agitantes. Haec ciuitates destruit, cum exalto inde Princeps, de quo dictum est, Principe huius seculi missus est pars pacem reddit in terris. Vastantur haec regna verbo veritatis, sicuti[us] maligna consilia turpes affectus edomantur, membrorum & sensuum ministeria captiuantur, & ad iustitiam & bonorum operum militiam transfringunt; ut iam sicut apostolus dixit: Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, & cetera haec laeti. Tunc patitur anima, & ordinatur homo ad quietem, & ad beatitudinem capessendam.

Et alio in loco: In pace perfectio est, ubi nihil repugnat, & id est filii Dei pacifici, quoniam nihil in his reflectis Deo, & ubique filii similitudinem Patris habere debent. Pacifici autem in se ipsis sunt, qui omnes animi sui motus componentes, & sufficientes rationi, id est, menti & spiritui iugnalesque concupiscentias habentes idonias, sunt Regnum Dei, in quo sunt ita ordinata emma, ut id quod est in homine principium & excellens, hoc imperat ceteris non relictis, quae sunt in nobis diligisque communia. Et hoc est pax que datur in terra hominibus bona voluntatis: haec vita perfecti consummatio sapientis. Et infra subdit: Sapientia congitat pacifici, in quibus iam ordinata sunt omnia, nullusq[ue] motus aduersus rationem rebellis est, sed cuncta obtemperant spiritui dominus, cum & ipse obtemperet Deo, de quibus hoc dicitur: Beati pacifici.

Et tandem co[n]cludit infernus: Ita omnia in hac vita possunt compleri, sicut completa esse in Apostoli credimus.

Quis dñs ultimas Propositiones S. Augustinus alibi sic explicat, non quod poterit, non esse in membris legem regnante[m] legem, sed vt domando concupiscentias carnis ratione rebelleret, ad istam pacem plenissimam quandoque perveniret. Item, non vt in Apostoli hic viventibus nullum carnis motum arbitremur spiritui repugnasse; sed hactenus hic ista

posse compleri, quatenus in Apostolis credimus esse completa, ea men[or]a scilicet perfectionis humana, quanta in hac vita potest esse perfectio: ut ita compleuantur, scilicet in Apostolis completa sunt: id est, quadam perfectione, cuius capax est ista vita: non sicut complenda sunt ex illa quam speramus, pace plenissima, quando dicetur: Vbi est mors contentio tua?

Et alibi: Sit in homine ipso quidam iustus ordo natura, ut anima subdatur Deo, & anima caro, & per hoc Deo anima & caro. Subditus autem Deo seruendo est. Animus, inquit alio in loco, seruens Deo recte Ibid. c. 21. imperat corpori, in eoque ipso animo ratio Dominae Dei sabatia, recte imperat libidini, vitiisque ceteris. Vbi homo Deo non seruit quid in eo potest esse iustitia? Nam Deo non seruens, nullo modo iuste animus corporis, aut humana ratio virtutis iuste potest imperare.

Et alibi: Concupiscentia carnis non consentire, magna perfectio. Seruit verb. Ap. ergo posse hanc perfectionem in homine repetiri Dei beneficio.

Hoc ipsum docuit pluribus in locis S. Ambrosius, cuius sententias hac de re infra adferam, scqq. soluendo primam oblicationem perfita ex quodam eius loco.

S. Hieronymus quoque hoc expresse docet. in c. ep. Gal. v. 12. Inter modestiam, inquit, & continentiam hoc inter est, quod modestia in viris perfecta est, consummataque virtutis. Continentia vero in via quidem virtutis est, sed necdum peruenit ad calcem: quia cupiditates adhuc in eius qui se continet, cogitatione nascuntur, & mentis polluunt principale, licet non superet, scilicet per contumeliam ad peccatum, nec ad opus per trahant cogitantem. Seni ergo S. Hieronymus viros perfectos consummataque virtutis, non pati hanc rebellionem inquietantem passionum, etsi non perducendum ad peccatum. Plus ergo adserit passionum dominium, quam non prebeat confessum ad peccatum, dum passiones exurgant, & quam reprimere motus inordinatos earum.

S. Cyrillus Alexandrinus: Sancti Spiritus, inquit, efficacia ac virtute, tanquam nouacula, lex peccati (id est fomes, radix passionum) habitans in membris carnis, praecisa eneratur, atque etiam frustis in nobis pullulat, vehementius condetur. Spiritu enim, ait Paulus, ambulate, & desideria carnis non perficietis.

Et alibi: Sanctissima Eucharistie hoc adscribit; 1. in Ioa. quida sedet cum in nobis manet Christus, seuentem cap. 37. membrorum nostrorum legem, & perturbationes animi & l. 4. c. extinguat. Nihil aliud sunt passiones, quam animi perturbationes, quae si extintae sint, certe subiugatae sunt.

S. Ephram exclaims: O castitas, quae passiones minus, & animum a perturbationibus liberalis! Quod quomodo praestet Castitas per dominium passionum acquisita, quomodo item praestet castitas, vt est donum, & gratia gratis data, infra ex. num. 12. 45. 17. pl. 5. decast. 5. de castitate. S. Basilii hoc ipsum tradit: Quamvis nauis gubernatrix

bernatori concessum non sit, tranquillitatem mari pro arbitrio & voluntate imponere, nobis tamen integrum est, vizam quietam, omnique vacancem perturbatione constitutare; si nimurum internos tumultus, qui ab affectionibus externis proficiunt, sedauerimus, & mentem iis qua extrinsecus accidunt, altiorum constituerimus. Hac autem quies & tranquillitas internum tumultum est effectus proprius dominii passionum.

S.1. dein. Et alio in loco ostendit hoc esse possibile:
 sit.mon. Qui in se ipso quantum in ipso sit, natura diuina liberrimam affectum tranquillitatem imitatus fuerit, hic defedatam prius in se Dei imaginem restituit primi nitoris.

Reg.7.fu- Et alibi: Qui omnibus animi sui affectionibus moderatur, neque voluptatum instillatione permutetur, contraque fortiter, constanterque aduersus quamcumque prauam libidinem animatus est, sic perfectè continebitur.

Const. Et alio in loco: Si quis diuturna exortatione temperandarum animi sui motionum probiam rationem diderit, sique edomitis corporis sui libidinibus, & animi ratione alienis motibus refranatis, quod ratione freno confidat, ob eam causam è Monasterio frequenter prodire velit. &c. Et cap.3. Si naturales corporis motus & affectiones ab animo edomari non possent, merito culpa in corpus posset transferri, sed inueniuntur multis, quorum studia illa denita esse. Sanè maximè omnium, ut obseruauit S. Diadochus (& docet experientia) post inclinationem ad res veneras, passionum impetus vigente circa puncta honoris ex instictu superbie, & propriæ existimationis, qua facit adiuta passionum vi, ut contumelias, ignominias, contemptus, iniquo animo feramus. Atqui hoc expugnari & domiti potest, ut ne moueatur quidem Dominus passionum ignominia. Non mouetur ignominia, inquit S. Gregorius Nyssenus frater S. Basilij, si quis animi demissione moderatur. Nam si quis cogitationem ab humana fraude vacuam ac puram habet, & vilitatem nature, quam adeptus est, cernat, à quali initio ortus sit, & in quem finem huia vita brevis fluxus atque cursus tendat, & carni conjunctas sordes, naturaeque inopiam, quod ex nimis per se sufficiens non sit ad sui conservationem, nisi copia brutorum animantium suppleat, id quod deest, ad huc molestias, lucubrations, calamitates, & omnimas morborum formas, quibus obnoxia vita humana est, à quibus nemo natura liber, & immunis est: hac si quis diligenter puris animi oculo cernat, haud facile ad honorum defectus commonebitur, & excandeget: quin in modis contra fraudem ducet esse honorem, quo, ob rem quamplam à proximo afficitur: quippe cum nihil tale in natura nostra habeamus, quod possit cum dignitate & honore communionem habere, prater quam circa animum dumtaxat, cuius honor non constat ex iis rebus, qua per hunc mundum experuntur &c. Ita autem affectum, & animatum esse, nihil est aliud, quam in profundo habitu animi humiliatum esse: quia confecta atque expedita, nullum iracundiam adiutum aduersus animum habebit: porro iracundiam procul sum-

moia, quieta placidaque vita transfigitur. Si ergo hæc domari possunt, facilius est alias domare passiones.

Item ibidem agnoscit reperiri homines ad- or.1. eò beatos, quorum perturbati & vitiosi animi motus, non proclives, precipites, atque propens, sed ratione feda- Cant. ti sunt: in quibus ratiocinatio veluti fratum quadam, impetus reprimens non finit animum ad immo- dicitiam, insolentiam, ac perturbationem rapi atque passiones efferti.

Idem S. Gregorius Nyssenus ponderans illa h.15.ia verba Apostoli: Mihi vita Christus est: Hisce, inquietus verbū tantum non clamat Apostolus, nullam in se affectionem vivere, non fastum, non timiditatem, non voluptatem, non dolorem, non iram, non metum, non audaciam, non iniuriarum memoriam, non inuidiam, non vindictam, auaritiam, honoris, aut gloria cupiditatem: sed his omnibus abrasis, solus, inquit ille, mihi supererit, qui nihil est horum; qui est ipsa sanctificatio, & puritas, & immortalitas. Idem exponens illud Luc. 11. Noli mihi molestus essem, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili; opportune eos, inquit, qui per arma iustitia impaviditatem vindicauerunt sibi, pueros appellat, docens quid bonum, quod per studia in nobis acquiritur, ab initio fuerat in natura repositum.

Nam quando aliquis renuncians carni per rationem exercitio vita virtuosa, passionem confutavit, tunc quasi puer insensibiliter se habet erga passiones.

S. Ioannes Climacus præter loca infra ci. g.1. tanda, in vacuitatem, ait, esse natura superationem, absque vlo iniuria sensu, ex certaminibus, & superioribus (hoc est ex frequenti sui victoriâ in occasi- bus iræ preuenientem). Initium ire vacuitatis, est laborum silentium in perturbatione cordis, medium autem silentium quoque ipsorum cogitationum in ani- mi tenuisse motus, finis verd est, inter immundorum spirituum flatu, stabili ac fixa tranquillitas. Et alio gl.29. in loco, qui est de tranquillitate beatae animæ, aslerens in hac vita eam esse possibilem, idque exemplis quotundam Sanctorum confirmans, ait: Tranquillitatem reor esse mentis intimum calum, versatu demonum ludibriu, iam exsiliens. Ille pro- priæ tranquillus est, qui carnem omni corruptioni labe purgauit, mente vero supra creaturam omnem ele- uans, omnes illi subiecti sensus, atque vulni Domini animam sustent, supra virium suarum modum, in illum se semper extendit. Hac perfecta perfeccorum, & infinita perfeccio, ita sanctificatur, atque à terrenis omnibus rapit, ut plurimam iam carnaliu uite partem, postquam hunc caelestem portum occupauerit, veluti in celo per excessum mentis ad speculationem attollat. Et allatis aliquot talium exemplis, qui hanc tran- quillitatem, que Domini passionum effectus & proprietas inseparabilis est, subdit: Tranquillitatem habet anima, qua ita in virtutem qualitatem atque habitum, sicut vitiosi in voluptatem, traducta est. Si hic finis est gastrimargie, se ipsum etiam non appen- tentem, audiē ad cibum impellere, hic profectus finis erit

con-

IV. DE HUMANARVM PASSIONVM DOMINIO. 275

continentie, etiam ejurientem se contineat: natura iam liberā, atque nulli rei penitus obnoxia. Si hic finis est: libidinis, in ipsa muta animalia, resque inanimata in sanare, iste profecto castitatis finis erit, in omnibus veluti ea finis anima, sensus innocuo seruare. Hic patientia finis erit, ut quanuus in tribulationis quis sit, quem tamen se habere arbitretur. Humilitatis si nunquam, etiam in conspectu laudantium, nostra intentio ab in anglo gloria spirari patitur. Longanimitatis profundus est, siue sit presentis, siue absens, qui maledictus insequuntur, eadem animi tranquillitate durare &c. Qui eiusmodi est (ne multa dicam) viuit quidem iam non ipse, viuit autem in eo Christus.

Coll. 11. ap. 11. Abbas Chæremont apud Cassianum ponde- rans illa verba Psalmi 138. Mirabilis opera tua, & anima mea cognoscet nimis; Quis in se inquit, opera Domini non miretur? cum insatiablem ventris ingluviem, & sumptuosa gula perniciose amq; luxuriam ita in se videat comprehendam, ut vix ipsum exiguum ac pilosissimum cibum raro inuitusque percipiat. Quis non obstupescat opera Dei: cum illum ignem libidinis, quem naturalem ante, & veluti inextinguibilem esse credebat, ita refugisse persenserit, vt ne simplici quidem se corporis motu sensuat incitari? Quomodo non virtutem Domini contremiscat quisque, cum homines quodam diro, atque truculentis qui ad summum iracundie furorem etiam blandissimus subditorum irritabantur ob equis, ad tantam transisse videat lenitatem, ve non solum nullus iam commoueantur iniurias, sed etiam cum illate fuerint, summam magnanimitate congaudent.

Coll. 11. ap. 11. Idem Abbas Chæremont: Istud est mirabile opus Dei, hominem carnem, carnales affectus, in carne possum respuisse, & in tantâ rerum atque incursum vanitatem, vnum tenere animi statum, atque immobilem in omni accidentium permutatione durare. Quâ virtute fundatus senex quidam, cum apud Alexandriam turbis infidelium circumfusus, non solum maledictu, verum etiam grauiissimus impellentium vrgeretur iniurias, eique à subfannibibus diceretur. Quid miraculi Christi vester, quem colitis, feci? ille inquit, vi his ac maioribus, si intuleritis, non mouear, nec offendar iniurias.

Coll. 7. cap. 5. Et Abbas Serenus apud eundem Cassianum: Nos quoque, inquit, viriliter aduersus perturbationes & vitia dimicantes, poterimus ea ditione nostrâ discretionisque subire ac militantes in carne nostrâ extingueremus (hoc est, domare) passiones, vel infestabilem cogitationem nostrarum cohortem, ratione imperio sub sugere. Et ita habebimus hanc imperandi potestatem, atque virtutem, quâ non quibus nolumus cogitationibus abducatur, sed his quibus spiritualiter delectamur, immorari vel inberere possumus: malis quidem suggestiombus imperantes, abite, & abibant: bonus vero dicens. Venite, & vident: seruo quoque nostro, id est, corporis ea que castitatis vel continentiae sunt, similiter iungemus, & sine villa contradictione deseruieret, & non iam suscitans nobis aduersos concupiscentia & simulos, sed omnem exhibens spiritui famulatum. Hoc est autem passionum dominium.

S. Isidorus Pelusiotae, S. Chrysostomi discipulus: Qui turbulentarum animi commotionum tyrannidem, quam plerique nullâ vi frangi posse existimant, tyrannice premit, atque subigit hic, & vi fortis, & strenuus celebrandus est, & vi tyrannicida. Senis ergo, posse hunc tyrannum malum, alia bona tyrannide, sanctâ sui victoriâ, & mortificatione affidâ, per Dei gratiam, dominari, frænari, & subiungi passiones.

S. Gregorius ponderans verba Christi Lucæ 1.5. mod. 21. In patientiâ veltrâ possidebitis animas vestras; Quid est, inquit, animas possidere, nisi perfectè in omnibus vivere, cunctâ mentis motibus ex virtutis arte dominari? Qui igitur patientiam tenet, animam possidet: quia inde contra aduersa omnia fortis efficitur, vnde sibi, & se ipsum vincendo, dominatur.

S. Bernardus, Anima, inquit, innixa supra dilectionem suum, contra se nientes inualescat, & facta se ipsa validior, cogit pro ratione vnuersa. Iras, meum, cupiditatem, & gaudium, veluti quandam animi currum, bonus auriga reget: & in captiuitatem (hoc est subiugare passiones) rediget omnem carnalem affectionem, & carnis sensum ad nutum rationis, in obsequium virtutis. Quidam possibilia sunt omnia, invenienti super eum, qui omnia potest: Quante fiducie est vox: Omnia possum in eo qui me confortat. Nihil Omnipotenter Verbi clariorum reddit, quam quod Omnipotentes facit omnes, qui in se sperant. Denique omnia possibilia sunt credenti. An non omnipotens, cui Mar. 9. omnia possibilia sunt: Ita animus, si non presumat de se, sed si confortetur à Verbo, poterit utique dominari sibi, vt non dominetur ei omnis iniustitia.

B. Laurentius, Iustinianus, Si quempiam, in de casto quiet, agnosces post laudabilem conuerstationem, post con.c. 14. multitudinem tentationem virtutumq; probationem, col. vlt. veterem cum actibus suis crucifixisse hominem, & per interiore exercitationem, pacem possidere mentis, atque cunctos sensualitatis motus dominio subiicare rationis, scito ibi habitare Verbum. Huiusmodi, per tranquillitatem, & animi imperturbabilem pacem, quam ducere gratia adeptus est, Dei filius nuncupandus est, dicens Domino: Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. In se ipso namque tanquam in excelsa residens rationali sede, omnem cordu familiam prouidâ gubernatione cafigat. Huic dicit, (passioni) Vade, & vadit: alij. Veni, & venit: atque seruo corpori, sic hoc & facit. Nullum plus debito (iuxta sui possibilitem) in sole, cetero pati corporis motum, sed mor, vt apparet, resecat, & occidit.

Idem ibidem: Nemo naturaliter carnem suam cap. 10. odit, sed magis eam fuet, & nutrit: Et tamen carnales edomantur concupiscentia, & sub spiritu rediguntur dominium. Abnegando quidem se homo, definit esse quod erat. Nouum induit hominem, noua incipit esse creatura, dum in spiritu ambulat nouitate.

Et in Falsiculo amoris idem ait: Excelsa Dei dona, spiritualiaque charis, quæ carissimis Deo, & Sapientie amatoribus prerogantur, perfectionum esse ornamenta probantur, qui dominas tenentes carnis, & anima passiones, nequaquam sibi viuunt, sed Christo,

cuius

cuius pascuntur deliciis, donis ditantur, & ebriantur amore.

1. de com. Et alibi: Qui ad perfectionem currunt, eam apprehendunt, antequam perueniant, quod tendunt, desudant & compl. Chr. perf. col. 34. in virtutem certamine, & omnes animi passiones, ac sensualitatis motus, sub rationis redigunt ferutum: nihil in eis indomitum atque indisciplinatum remaneat, quod sebet mentem, conscientiam conturbet, aseverat fiduciam, effectum dener, & diuidat iustitiam: quae imperfectionis sunt signa, & consummanda charitatis impedimenta.

47. 2. de to 2. de reform. c. 12. S. Bonaventura hoc ipsum docuit; nam traxdens gradus renovationis quae Diuino beneficio sit in nostrâ voluntate:

Primus, inquit, est, resistere virtutis, qui est status continentium.

Secundus est, Passionibus imperare, & pace frui, quod idem est, ac passionibus dominari: passionum dominium habere.

Tertius est, Deo adorare, & uniri, quando iam virtutes transiunt in affectum cordis.

Ad talem ergo dominatum nostrarum passionum contendendum est, homini creato ad Dei imaginem, & hac dignitate ornato. Nam, vt ait S. Leo, Si cupiditates corporis fuerint fortiores, turpiter animus amittet propriam dignitatem, & pernicisum erit, eum seruire, quem decuerat imperare. Si autem mens Rectori suo subdita, & supernis muneribus delebata, terrene voluptatis inchoamenta calcauerit, & in suo mortali corpore regnare peccatum non fuerit, ordinatissimum tenebit ratio principatum.

1.2. Offic. Denique Cicero inter tria munera virtutis, secundum esse ait: Cohibere motus animi turbatos, quos Graci, Nam nominant: & appetitiones, quas illi obsequi, obedientes efficer ratione. Ideo S. Diadochus ait, Commune esse omnium virtutum continentia cognomentum, oportet igitur certantem, in omnibus rebus se continere, id est, cohibere inordinatos passionum motus virtutibus repugnantes.

Octauo Probatur à maiore ad minus tali argumento: Afflicti sunt aliqui servi Dei dominium passionum, ceteris magis rebellium, & que difficultas frenari possunt, etiam à viris sanctis: Ergo multò magis acquire potest dominium passionum, vt ita dicam, mitiorum, quæ non tam vehementer inquietant hominem, vt illa aliae turbulentiores, & potentiores, & ceteriores. Ergo potest acquire dominium passionum omnium. Hæ autem inter omnes passiones sunt principiæ iudicio S. Thomæ, Gaudium, tristitia, spes, timor, & desiderium, quod loco spei Aug. 1. 14. Trin. c. 6. me passio amoris, timoris, gaudij, & tristitiae, sunt expugnata difficiliores, vt docet quotidiana experientia. Ideo meritò S. Bernardus ait, Totum cor in his quatuor affectionibus esse. Expugnatam autem eas esse circa aliqua obiecta, & subiugatas seruorum Dei dominio, docent Historie omni fide digne, etiam iure iurando confirmata.

Quid est homini difficultius, quam non latari de villa re humana & sensibili, ad quam trahunt omnes à concupiscentia carnis, & à concupiscentia oculorum, & à superbia vite? Tamen Esther audacter Deo dixit: Tu sis, quod nūquam sit latata ancilla tua, ex quo hoc translatam sum, usque in præsentem diem, nisi in te Deus Abram. Esh. 14. 18.

De S. Ignati profectu in spiritu. (quem primo suâ conuersione anno habuit Diuino beatificio) sic scribit Masseius: Accedit ad hæc, illud quoque non leue: Dei beneficium, quod ei in omnem deinde vitam proprium ac stabile manet, vt quotiescumque sublatis in cælum oculis astra suspicere (quod sane sepe faciebat ac diu) mortalia cuncta illi repente sorserent: quibus tamen paulo ante torus fuerat immersus, & diu usque ad annum etatus 27. quo conuersus est. Quid difficultius in nomine est, quam non sentire passionem inordinatam turpis amoris, & desiderium laudis, & honoris! Ab utroque tamen affectu S.P.N. Ignatius, & quidem primo suæ conuersione anno, perfectè liberatus fuit. De primo sic scribit Masseius, quod visa B. Maria Virgine cum puero Iesu, tantum repente odium, fastidiumq. concepit eorum, que apud cacos mortales prima putantur, ac præserim que cum in honesta voluptate coniuncta sunt, vt omnes rerum illarum, quamvis diuturno usu ac vetustate corroboratas imagines, ex hominii memoriam confusus ille deriserit.

De superato vero ab Ignatio inanis gloria, 51. virtuo, ita scribit, enim tum aliis mediis, tum de l. 1. c. 10. nique diuino praesidio detestabile hoc vitium ita debellasse, euilissimo, radicis, vt postea quotiescumque falsus animarum, aut Dei gloria postularet, sua non minus bona quam mala, sine illa prorsus cœnodoxie titillatione, palam & ingenuè exprimeret. Edem de eo scribit sic Ribadeneyra: Illud, Dei misericordia est conseruatum, vt per multis annos, antequam de vita decederet, nullam inanis gloria cogitationem habuerit. Immo vero usque adeo luce diuinâ erat perfusus, siue perfectè cognitor, atque contemptor, vt nullum se vitium dicere minus extimescere, quam vanitatis & gloria inanis.

Atque hoc vitium, & passio ad illud inclinans est, adeo radicata in nobis, vt & Cassianus, & S. Bernardus dicant, primum esse in peccato, 12. c. 1. & in conflitu ultimum. Et Tacitus: Gloria cupiditatem, etiam sapientibus non sime exui. Et S. Ioannes Climacus, Naturam non facile ab appetitu glorie posse seruari ille san.

Pecunias contemnere, inquit S. Chrysostomus, 52. volenti sat, est facile; honorem autem à multis collatum despiciere, multi laboris indiget, magne sapientie, ad pop. Angelica cuiusdam anima, ipsum cœlestis testudinis vericem tangentia. Non est enim, non est vitium ita tyrannicum, & ubique dominans, ex majori quidem, vel ex minori parte, attamen ubique.

Quod tanto mirabilius in S.P.N. Ignatio cum primo anno suæ conuersione fuisse assecutum.

IV. DE HUMANARVM PASSIONVM DOMINIO. 277

curum rem tam difficultem, & raram, quia, vt ait
v. de gen.
cap. 3. v. pulchram similitudine S. Ambrosius, Plenum
decorum, non statim vt eduntur herbe, & arbores,
ac semina accipiunt, sed certis & ordinatis proue-
buntur augmentis, donec ad perfectam sui habitus
quantitatem, per succedentia sibi incrementa proue-
mant. Ita & semina charismatum, plantae, virtutum,
non in omni agro cordis humani, totum hoc pariter,
quod sunt futura, nascuntur: nec facile reperitur in
exordio maturitas, & in inchoatione perfectio. Quo-
circa bene scriptus Ricardus de S. Victore: Non
est eiusdem facultatis & felicitatis Aegypto exire, &
tremum pertransire mundum relinquere, & seipsum
vincere. Illud vnius diei opus est, hoc vix post multa
tempora exemplum. Durum, difficile, grande, se ipsum
bene inspicere, & plene despicere, perfectè probare, &
pentus improbare. Quocirca si in exordio mutata
vita S. Ignatius tam perfectè expugnauit passio-
nem cupiditatis, gloriae, & honoris, adeò ubique
alè radicata, mulè magis aliae passiones mi-
nus difficiles, expugnari, & perfecto dominio
(virtute, & Dei gratiâ collato) possunt subici.

Sic etiam tristitia, & dolor, qui nasci solet eti-
am in ictis & Sanctis tempore aduersitatem, &
injuriam, difficillimè superatur, præfertim
ita, vt eius loco gaudium & lætitia vigeat, & ira
ab sit. Clavis est tristitia, inquit S. Ambrosius, clavis
iraundia. clavis sunt omnes passiones, qua velut veru
quodam animam nostram penetrant, & infingunt cor-
pori visceribus eius annexum; tamen & has pas-
siones multi serui Dei plenè subiungunt. De
S.P.N. Ignatio, & S.Rota Romana Auditores,
in sua Relatione suprà citatâ, & Cardinales Sa-
crorum Rituom, discessis verbis id testantur.
Letitia, inquietus, & incunditas, quam percipiebat, ex
laboribus, incommode ignominia, & persecutionibus,
qua pro Christo, & iustitia patiebatur. Et infra: Ad-
mirabilem eius patientiam, & mansuetudinem demô-
strat letitia quâ fruebatur, cum aliquid aduersus suis
ipsius personam & honorem inferri cernebat, & benefi-
cia quâ in illos conferebatur, à quibus iniurias fuisse ap-
petitus. Et alio in loco: Inanem gloriam & munda-
nas laudes non solùm fugiebat, sed si aliquid contra
suum honorem fieri animaduerteret, id ipsi arridebat
maxime. Qui in presenti vitâ, inquit S. Chrysostomus,
propter Christum multas fuit afflictiones, mul-
taq; gravia patitur, & antequam regni celorum ma-
gnum illam retributionem afferuat, magnâ hic po-
tetur fiducia, animaque suam ita excelsam efficit ut
positum gravia omnia quasi è sublimi derideat. Idque
probat exemplo Pauli Apostoli. Tandem sub-
dit: Hominem nihil malo expertum, mox si que fortui-
to oboruntur turbulentia, inòd non solùm res ipsa, sed
& stultæ opiniones & rerum umbra pauidum reddunt,
& perterrent. Verum qui non omnino inexercitatus in-
certamen ingreditur, sed multa ante mala perpessus est,
is omnibus postea superior fit, & tangua gracios cro-
citantes eos qui minantur, contemnit. Non parua auie
hæc est corona, neque exigua merces, quod illum nihil
humanarum rerum mouere potest.

Timor quoque & mortis, & dæmonum, &
prædonum, ac latronum, & suppliciorum, &
bestiarum, & tribulationum, vehementer alte-
rat homines, estque tam superatu difficultis, vt
quidam Sanctorum Patrum apud S. Ioannem
Climacum dixerit ei: Miracula excedere omnia, esse
in medio tumultuum, impavidum animo. Scimus ta-
men ex Ecclesiastis historis eius dominum
multos Dei beneficia acquisiuisse. S. David &
leonem, & vrsum invaserit, & interfecit, & di-
cebat: Si consilstant aduersum me castra, non timebit
cor meum. S. Antonius teste Athanasio in eius vita,
nec leonum, nec demonum quotidiana congressio-
nes expauit, nec quadrupedum, & reptilium feritati in
solitudine cessit, immobilem & tranquillam retinens
animi firmitatem. S. Hilarius adhuc puer, inua-
dentibus se latronibus, ei que minantibus dixit,
se eos non timere, vt scribit S. Hieronymus in
eius vita. Hoc ipsum de S. Martino scribit Sul-
pius Seuerus. lib. de vita B. Martini c. 4.

Abbas Theodosius imperauerat à Deo, vt L. s. libel.
auferret ab eo formido. Vnde interrogatus à 7. num. 6.
quodam: An si fiat subito sonus ruine alicuius, time-
1.2. Vir.
re? Respondit: si calumna adhucat, Theodosius
PP. c. 8.
non formidat, vt scribit in Vitis Patrum. 4.66. col.

De Abate Ammone scribit Rufinus, eum 2.
rogatum ab habitatoribus loci cuiusdam, vt pe-
rimeret dratonem immanissimum, vicinas vastantem
regiones, & plurimos perirentem, cùm fixis genibus in
terrā Dominum deprecarentur, & bestia cum ingenti
impetu venire super eum capisset, teterrimus statibus, ac
sibilis stridoribus, præmissis, ille nihil eorum metuens,
conuersus ad draconem dixit: Perimat te Christus, Fi-
lius Dei &c. & statim draco omne simul cum spiritu
euomens venenum disruptus crepuit mediū.

S. Gregorius Papa scribit: S. Marcium per 1.3. dial.
triennium in suâ speluncâ solum cum solo ser-
pente, & orantem, & cubantem mansisse im-
perterritum, & cubantem ore eius manum, &
pedem extendisse De S.P.N. Ignatio scribit R. 1.2. c. 5.
badeneyta, cum ex Hispania nauigaturus esset
in Italiam, amicos dissimilis navigatione, quod
Aenobarbus nobilis Turcarum Archipirata, Tyrheni
mare validâ classe obsidere diceretur. Sed Ignatius ma-
gnitudine periculis nihil commotus, nauim descendit, &
quamvis ea nauigatio grava & periculosa fuerit, ma-
lo nauis disicto, multisq; armamentis vi tempestatis,
vel amissis, vel labefactatis, spe nihil esse videtur ad
salutem ideoque se ad mortem omnes pararent, Iga-
nitus tamen se diligenter excutiens, animumq; suum
pertentans atque explorans, timere nullo modo poterat.
Et, vt idem alibi de eo scribit: Cum esset Praepositus
Generalis, aliquoties dixit: si Summus Pontifex impe-
raret, vt in ostio Tiberino scapham, vel nauigium quod-
cunque primum inuenies, clavo, malo, velu, remis, ca-
teri, que armamentis soliatum, consenseret, & ita
ab ipsis vilo commicatu mare traiceret, se id non solùm
equo, sed etiam liberi animo facturum.

Timor quoque tribulationum imminentium
vehementer perturbat, potest tamen diuinæ

gratiae beneficio, & nostro studio, obtemperanti auxiliis gratiae, penitus excludi, adeo ut eius loco succedat desiderium ardens tribulationum, & gaudium in illis. Hoc assequutus

Rom. 5.3. fuerat Paulus Apostolus, qui dicebat: *Gloriamur in tribulationibus. Et alio in loco: Libenter gloriarob*

2. Cor. 15. in infirmitatibus meis: placebo mibi in contumelias, in

9.10. persecutionibus, in angustiis pro Christo. Quemadmodum

S. de glor. 5.5. dum enim tu qui primum natus concidens, inquit

in tribul. 5.6. S. Chrysostomus, nascantur, & capituli vertigine la-

borantur, turbati ac fastidio correpti: qui vero multa longa-

gredi maria sunt emenit, qui nullus se fluctibus audacter

comiserunt, & crebra sunt passi naufragia peregrina-

tionem euymodi confidenter aggreduntur, sic nimurum

& anima, quo multas sustinuit tentationes, & magnas

perulit afflictiones, laboribus deinceps assuefacta, &

sibi comparata habuit patientie, non amplius est meti-

calosa, nec terroribus obnoxia, nec ingruentibus malis

turbatur, sed absudam rerum, que accidentant, exercitatio-

ne, ac frequenti casuum meditatione robora, quecumque

resurgent incommoda feri facillime. Hoc fuerat

assecutus S. Franciscus Xaverius, qui obstupescen-

titibus omnibus familiaribus, multa ei pericula

grauiissima proponentibus, adfutura in

longissimis itineribus ac tempestibus, syrti-

bus, piratis, & multis etiunus ac crucis & di-

crimina, nihil omnino metuebat, ut scribit Tur-

sellin I. vltim. vita eius c. 9.

1.2. epist. 147. Probi enim viri, inquit S. Ildephonsus Pelusiota, ac

virtute prædicti, omnibus rebus sublimiores sunt, non

modò animi molestiam, sed etiam timores & pericula,

& quasvis mutationes superantes. Non nihil perpetuen-

do, (sed quod mulcet manus, ac diuinam huiusmodi

vitam conficiunt facit) ingruentia etiam ea contem-

nendo.

57. Denique nulla passio est tam difficultis expug-

natu, vt amor proprius, seu amor sui, qui, ut ait

2.2. q. 77. S. Thomas, & ex professo probat, est causa om-

a. 14. nis peccati, & passionum inordinatarum fons:

1.2. q. 77. vt etiam passiones, cuiusdem Sancti iudicio, sunt

2.5. & 6. causa peccati. Atqui amor proprius potest pror-

su debellari, & potest haberi eius dominium

ergo multo magis passionum, quæ ut plurimum

ex amore proprio pullulant.

Quod amor proprius possit debellari, & sub-

iecti dominio hominis, immò quadammodo

abolesci, patet ex testimonio Sacra Rote Ro-

manæ Auditorum, & Cardinalium Sacrae Cö-

gregationis Rituum, qui in viraque Relatio-

ne data Paulo V. & postea Gregorio XV. pro

Canonizatione Sancti Ignatij sic decreuerunt:

Hanc in Deum charitatem ad eum puram in suo cor-

de aliud, retinuitq., ut etiam sui ipsius amorem pro-

fus à se amandauerit. Et paulo supra: Neque verò

etiammodum custodiunt cor suum ab his, quæ sunt con-

tra dilectionem, sed etiam à se ipso amorem rerum om-

nium, quæ Deus non sunt, prorsus abiecit, atque in eum-

dem transtulit Deum, omnemque affectionē ad Dei di-

lectionem transferre conatus est. Ie. ut loquuntur S.

pag. 613. Rom. Rote Auditores, ad Dei dilectionem, retulit.

Quocircà si potuit habere tale proprij amo-
ris dominium, qui excitat omnes inordinatas
passiones, multo magis motibus passionum do-
minatus est.

Ira furor quam sit in hominibus vehemens,
omnibus perfectum est: hanc tamen subiuga-
ri posse, præter alia suprà allata, ostendit exem-
plum Abbatis Davidis, quem Theodoretus relig. hist.
scribit, per 40. annos in Monasterio gubernasse 150. cap. 4.
personas, & quamvis essent immensurabiles, que cum
iracuī cogerent, tamen absque irā toto hoc tempore vi-
xisse, & mansisse immobilem, tanguam incorporem,
sine rūta vultus mutatione, non tantum non concedēda
ira, ut vinceret, sed nec ut moueretur quidem, omnino
permittendo.

Simili ergo modo, & aliarum mitiorum pa-
ssionum dominium, Domino opitaleante, potest
acquiri.

Nond & vltimò probatur hoc ipsum exemplis Sanctorum, qui assequunt fuerint perfectū
passionum dominium, tale, quale infrā descri-
betur. Omisis autem exemplis suprà com-
num. 42. munitis clariora adferam.

De Abrahamo S. Zeno Veronensis sic ait: A filio ad agnum translulit dexteram, semper letus & gaudens. Nec mutatus est vultus eius, cum esset victimā Abrah. commutata. Magnum est dominij signum, non mutare vultum ante occisionem intentatam filij. Sanc. Seneca Stoicus, insensibilitatis assertor, de fe & suis contrarium scribit ad suum Lucilium, Sensi, inquit, quandam ictum animi, & sine me tu mutationem, (scilicet in vultu) quam insolita rei nouitas, simul ac fidelitas fecerat. Non de me nunc tecum loquor, sed de illo in quem us fortuna perdidit: huius quoque serierit animus, mutabitur color. Atqui in Abrahamo non fuit mutatus, quia perfectissimum habuerat tristitia, amoris, & timoris dominium.

De Moys ex sententiā S. Macrina sororis, scribit S. Gregorius Nyssenus, disputat de Anima & Resurrectione: De Moysi audimus, quid is nec ab ira nec à concupiscentia vinci, & superari posset, virusque ei perhibente testimonium Historiā, quid & lens, mutiq., effet supra omnes homines (per lenitatem autem & clementiam, ira vacuitas, & ab iracundia animis alienus ostenditur). & quid non concupisceret quidquam eorum circa que in plerisque hominibus concupisciendi vim occupatam esse videmus. Hac in legē veteri.

In nouâ vero, Imprimis de S. Ioanne Euange-
lista ad Insulam Pathmos relegato sic scribit S. Dionyius Areopagita in epistolā ad eum mis-
sa, in quā etiam ei liberationem ab illo exilio
prædictit: Et te quidem (ita habet mea versio) non
aded in anus sum ut arbitrer aliquid pati, immò &
passiones corporis hac tantum in parte sentire te credo,
ut eas solam diuidices. Carnis enim nequaquam cedens
blanditiis, inquit B. Laurentius Iustinianus, volu- S. de S. Jo.
peates eius tenebat edomitas: sensuum lenocinia sub
disciplinā censura spiritualis cohicens, sicut men- tem

tem Deo, ita Spiritui subdebat & carnem. De aliis quoque perfectioribus Christianis ibidem S. Dionysius sic scribit: Alios certimur, hic iam Dei confortio, & familiaritate beatos, quia ab affectu omni materialium rerum longissime secedunt, & in omni libertate malorum omnium (alius versio habet: & liberè ab omnibus malis) ex presenti vita, future primiuitas sumunt, inter homines Angelico more conuersatione cum omni tranquillitate animi, ac denominazione Dei ac sanctitatis, ac reliquis virtutibus. Porro alia verbo Iohannis Scotti, vetus appellata, sic habet: Alios videmus hinc iam cum Deo factos, quoniam qui sunt veritatis amatores, passibilitate quidem recedunt materialium (sicilicet rerum) in omni autem omnibus malis libertate, & amore diuino honorum omnium, paucem diligunt, & sanctificationem, & ex praesenti vita incipiunt futuram, Angelice & pulchre in medio hominum conuersantes, cum enim impassibilitate, & diuinâ nominatione (hoc est tanquam dicit quidam ob vi-
ta sanctimoniam sic nominati) & bonitate, & aetatis optimis. Vos igitur non existimo quid pati, sed & corporis passiones solummodo indicare, eas sentiendo celo. Hoc est, ut explicat Dionylius Carchesium: Non (cum ita insipiens, vt rear vos sanctos Apostolos, & apostolicas sanctitatis viros pati inmoderantias passionum anima, à quibus estis reformati, & non credo vos sanctos viros pati in corpore, eo modo vt alij sed solam vi diuidetur, id est, discernatur idonea.

60. Tales erant duo illi fratres Monachi, in Vi-
tis Patrum commendati, pariter in cellâ commo-
rantes, quorum humilitatem & patientiam multe ep-
istola de Sanctis Patribus collaudabant. Audiens vero
quidam sanctus vir, voluit probare, si veram perfectam
que humilitatem haberent: venit ergo ad visitandum
eos. Cumque cum gaudio suscepissent eum, & ex more
complexis orationes, & psalmodie, egressus foris cel-
lularum, videlicet paruum horum, rbi sibi olera faciebant:
Apprehensaque baculo cum toto impetu caput omnia
olerâ cedendo confringere, ita ut nihil omnino remane-
rat. Videntes autem supra dicti Fratres, nihil penitus di-
xerunt, sed nec vultum tristem aut turbatum habentes.
Et rursus ingressi cellularum, vespertinas orationes comple-
xantes, adorantes eum dixerunt: Si præcips Domine,
vivas, vt eum qui remansit caudem coquentes guste-
mus, quia iam hora est, vt cibum sumamus. Tunc Senior
adorauit eos dicens: Gratias ago Deo meo quia video
spiritum sanctum requiescere in vobis; & ideo hortor
vos a meo, Fratres Charismi, vt usque in finem
custodatis familiæ humilitatis & patientiae virtutem,
& ipsa in regno caelesti vos magnos & sublimes in con-
spectu Domini faciet apparere.

S. Ignatius Martyr, laudans vinum Episco-
pum Philadelphie, at eius animam fuisse nullu affe-
ctibus obnoxiam, omnisque iracundia, vicerem, vt qui
ruat in omni mansuetudine Dei.

S. Basilius quoque talium exempla nouit, &
commemorat: si naturales corporis motus, & affe-
ctiones ab animo edomari non possent, merito culpa in
corpus posset transferri, sed inveniunt sunt multi, quorum
studii illa deuicta cessere.

S. Hilarius Pelusiotae B. Timotheum laudans lib. 1. ep.
mortuum, inter alias virtutes eius commemo- 151.
rat hanc acquistu difficultissimi: Ventrem ven-
trisq; affectus affectiones tyrannicum quendam in mo-
dum subegit ac superauit: sic nempe, vt illi frugalitatem,
victusq; tenetatem indiceret, his autem ne se quidem
commouere permetteret.

Eralio in loco: Qui turbulentis animi permotio- lib. 3. ep.
nibus dominatur, & timoribus, & periculis, ac denique 352.
omni mutatione superior est: non quod nihil patiat-
tur (hoc enim fortasse fieri nequit,) sed quod mul-
tum maius atque admirabilius in opere efficit, quia
ea impetum facientia, & relutantia, telaque mitti
contemnat.

De S. Martino scribit S. Seuerus Solpitius: Ne-
mo yngnam Martinum vidit iratum, nemo maren-
tem, nemo ridentem: vnu idemque semper celestem
quodammodo letitiam vultu preferens, extra naturam
homini videbatur.

S. Ambrosius transferens ad meliorem lo- in Vita.
cum corpora Sanctorum Martyrum Nazarij & Celsi, multa tunc edentium miracula, audit a
dæmonis voce ex arreptu clamatis: Se ab Am-
brofio torqueri: ad illum conuersus, obmutescet, ait, dia-
bole &c. Nam Ambrosius non sit inflari. Qui autem
vanam debellavit gloriam omnium difficulti-
mam, multo facilius passiones subiugare potest.

De S. Ioanne Climaco, in eius vita scribit Da-
niel Monachus: Luxuriam adeò extinxit, vt omnino
obstructa sedaretur, nullaque molestias irrogaret. Cupi-
ditatem verò, quam idolorum venerationem Apostolus
esse definit, fortissime superauit. Cunque nullius mor-
talis rei affectione teneretur, acernorunq; solum sen-
tu pascetur, noxie tristitia liber evanescit. Iracundia ve-
rò tyrannide in se ipso per obedientia gladii occiderat.

Et S. Iohannes Climacus epistola ad Ioannen
Abbare Raythu, quæ extat initio operum S.
Climaci sic scribit: Mibi persuasum est, (puto autem
quod & prudentiam singulis) mundissimum tue mentis
oculum, ab omni terrena & tenebrosa consperione pu-
rificatum, liber & absque vilius obvia retardatione.
Diuinam intueri lucem, atque ab ipsa omnino illustrari. Cùm autem terrena, & tenebrola conspersio,
potissimum ab inordinatis passionum naturaliū
motibus proueniat, si iudicio S. Climaci, Abbas
ille fuit ab omni terrena consperione purifica-
tus, non sensit motus inordinatus passionum. Et
ob hanc causam in primâ periodo illius episto-
lae, sic eum alloquitur, indicans hanc impassibili-
tatem in passionibus inordinatis: Accepi conve-
nientissimam honestissimo tuo atque impassibili insi-
tuto epistolam tuā. Et gr. 4. col. 4. scribit se in quo-
dam Monasterio inuenisse viros, qui dicebant se
perfectè exuisse omnem laboris & doloris sensu
in maledicēs, & contumeliis. Ibidem col. 5.
narrat de quadam Monacho 80. annum agen-
te vocato ab Abbe mensæ assidente, permisso
sic sine cibo per duas horas stare, stetisse immo-
bilem usque ad finem refectionis, nullamque pe-
nitutem malignam cogitationem aduersum Abbatem, ad-
misso,

A a 2 misso,

misere, sed exstimauiisse à Deo non ab Abbatte hoc preceptum exisse, & se non coram mensa horum sed coram altari Diuino astare. Idem ibidem, col. 14. Ioannes Opanij Osabaitis, vir mihi charissimus, perturbationibus & passionibus liber, verboque & opere mundus (cùm eius experimentum ceperit) mihi reuelit &c.

h. 23 in
Gen.

cap. 38.

in proœ.
rel. hist.

l. 1. c. 4.

c. 5. vita
num. 8.

c. 9. n. 3.

c. 14. n. 1.

S. Chrysostomus: Cùm videmus congeneres nostros, & eisdem affectionibus obnoxios, non eadem quae nos ferre sed & validâ ratione gubernare naturam, & inordinatos motus domare, & refranare concupiscentiam, imperare furori & ira, &c. nonne mansum est quod illi post gratiam Dei suo studio bene agere poterunt?

De S. Iosaphat scribit S. Ioannes Damascenus in eius vita: Consequutus est, vt vitiis omnes affectiones extingueret, carnisque affectum spiritui, non seors ac seruum Domino subiiceret, deliciarum omnium animique remissionum obliuione caperetur, somno tanquam improbo mancipio imperaret &c. Sic autem naturam nocturnum excubius subiiciebat, ac si nullâ omnino carnis & corporis parte constaret.

Theodoretaus de Sanctis quorum Vitas scripsit, quorum etiam aliquos nouit, hæc scribit: Diaboli procellas strenue repulerunt, & vt dicam Apostolicè, cùm corpus castigasset & in seruituem redigisset, ira quidem ardorem sedauerunt, cupiditatem autem rabiem quiesceret coegerunt: ieiunando & humicubando, sopitis animi motibus, reprobisque eorum exultationibus, coegerunt corpus sedus inre cum animâ, & soluerunt bellum, quod est eiis à naturâ infirmum (scilicet per rebellionem passionum), & carnis pugnam cum spiritu. Pace autem sic interea initâ omnem adversariorum cateruam expulere. Nam cùm eis descent cogitationes que interna proderent, & membrorum suorum auxilio priuati essent, bellare non poterant. Talis autem Sanctorum status est perfectum passionum dominium.

De S. Bernardo in eius vita ita scribitur: Natura in eo non dissentiebat à gratia: spiritus erat anima bonam, sensualitatem non curiosè lascivam, nec superbè rebellem, sed congaudentem spiritualibus studiis, & in eis, quæ ad Deum sunt, fronte subditam, priuui & servientem &c. Ad comedendum usque hodie rix aliquando voluptate trahitur appetitus, sed solo timore pectoris. Etenim comesturus, priu quam comedat, sola cibi memoria satur est, si accedit ad sumendum cibum, quasi ad tormentum. &c. Sed & usus parsimonia sic ei in naturâ versus est, vt est si aliquando corporaliter sibi cuiuslibet refectione plus aliqui solito velut indulgere, rix posset.

De S. Fran. scribit S. Bonaventura. Ad tantam peruenientiam puritatem, vt caro spiritui, & spiritus Deo harmonia mirabiliter concordarent. Et alio in loco, sic de eo scribit: Licer innocens eius caro, qua iam se sponte subdebat spiritui, nullo egerer flagello &c. Et alibi: Tanta in eo carnis ad spiritum erat concordia, tanta obedientia promptitudine, quod cum ille niteretur ad omnem sanitatem pertinere, ipso non solum non repugnaret, sed precurrere niteretur. Hoc autem præstebat passionum dominium.

De S. Catharinâ Scenensi B. Raymundus eius Confessarius sic scribit: Expers erat omnium passionum humanarum, alius virtutis communibus confuetarum. Nec per inflans poterat à fervore charitatis quoquo modo remitti, & ideo nec vana gloria vento, nec vngnâ irrationali appetitu, locus in mente illa poterat reperi.

De quadam Monacho scribit Cesarinus, cum l. 10. dia. interrogatum à suo Abbate, quâ ratione tantum cap. 6., miracula patrandi donum à Deo obtinuisse, vt vel solo vestrum, vel cinguli, quo cingebatur, cotta &c. aegris sanitate redderet. Respondit, se nihil præ ceteris facere, sed id tantum, quantum omnes alij: vnu id tantum certò assuerare possum, me nec prosperis extolli, nec aduersis detiri, & nullâ re, quæcumque eveniat, turbari, vel inquietari, & in quolibet rerum eventu, qualisunque est demum sit pacem, & quietem praeferre, siue eæ propriæ ad me solum, siue etiam ad alios spectent. Similia narrat Tatlerus, & ex eo Taul. p. noster Cornelius, & Rodericus, de quadam 68. mendico Sancto, qui tale responsum, & adhuc Cor. in significantius, dedit cuidam Theologo. Et Blotius in Monili spirituali de quadam S. Virgine c. 12. Rom. 1. Rod. i.p. De B. Catharinâ Genueni in eius vita præfatione scribit Frater Matthias Tanner: Humanam 63, fidem excedere videtur. B. Catharinam à tricesimo & pag. 4. tatis sue anno usque ad finem vite (scilicet per plures quam 30 annos) omni ad malum seu vitium inclinatione caruisse. Quod non esse incredibile probat ratione, & exemplis.

Et c. 5. eius vita sic scribit: Tam erat vehemens & continuus ardor eius, vt propter naturales inclinations, nulla ipsi tentatio appropinquare posset, siue usque ad finem vite perueratur. Sed & illa eius naturales propensiones, foris eius reluctatione paulatim annihilata sunt, dicebatque, nullo negotio tentationi cuiquam resistere. Cùm enim cor ipsius puro esset amore succensus, misericordia tentacionum nulla aduolandi, nedum inuolandi esset occasio. Par ratione in operibus interioribus, quam exteriori nihil patiebatur difficultas. Dulcis amor eius, anima cordis, voluntatis, & omnium aliarum potentiarum ipsius absolutus Dominus erat: at que viuenda in se per verum amorem penitus transformatus. Idcirco unus ipse in cœli eam perpetuo regebat, & dicebat: Sensibilitati aliquid concupiscentista sedul, & fortiter relutabatur, vt postea nullius rei desiderio tangeretur. Si quidpiam abhorret, veluti sanctam cadaverum, & similia naufragia, eadem incunctanter ori ingessu manducabat, vel bibebat, & deinceps nullâ prorsus sentiebat natura repugnatiam. Hoc pacto omnes sensus suos mortificauit. Et infra: Primis quatuor annis, quibus sentiebat lucidam spiritus cum carne & passionibus, euolutus, viuenda eius melioratione fuerunt perempti, reliquo illi habita virtuoso in omnibus promptitudinem & facilitatem præstante.

De S. P. N. Ignatij in suas passiones Dominio, sic scribit testis iuratus Ribadeneira: Appetitus, c. 5. omnes, sic Ignatius Dei gratia studio, labore, peruerterat, & obedientes rationi efficerat, vt non quidem & perdidit, & absque omni animi affectione esset (hoc enim

mim ab hominii naturā est alienum) sed certe ut ab omni commotione animi, motuque turbulentio vacuus videatur. Eratque id consequens, ut cum calidus naturā corporis que constitution biliosus esset, propter summam tamē lenitatem, quam in omni sermone, ut sive confusuridine adhibebat frigidus ipsis medicis, lentoque posuit videretur. Sed eo quod in interiori affectu virtutum erat edomito, actio ubi opus erat, vigebat: neque animi summa moderatio, vim efficiendi vīlā ex parte minubat.

Sed adhuc clariss id Sacrae Rotæ Auditores de chancie in Relatione pro eius Canonizatione data, ut moris est in scripto, Paulo V. examinatis depositionibus sexcentorum, & septuaginta quinque testium iuratorum, statuerunt aliquot in locis, dictæ Relationis, illum habuisse pacem interiorē, & dominum omnium suorum motuum & passionum: idque peregrine admirationem alii, quod semper fuerit in eadem animi dispositione, nec unquam se turbasse de aliquare, & semper suisse animo tranquillo. Postea in alia Relatione impressa data Greg. XV. in Cōsistorio secreto coram omnibus Cardinalibus nomine Congregationis Cardinalium Sacris Ritibus propositorum, à Francisco Maria de Monte Episcopo Portuensi S.R.E. Cardinali, & Praside dictæ Congregationis, cūm dicta Cōgregatio Cardinalium examinasset supra citata Relationem S.Rom. Rotæ, eamque (quod alius quibusdam Relationibus non contigit) amplexa esset, & comprebasset, luculentius adhuc testimoniū dedit aliquot in locis.

Prīmū tractans de Charitate Ignati erga Deū, Ex his, inquit, oriebatur magnum illud gaudium spirituale, quo hic seruus Dei plene repletus, ac refertus erat illa serenitas quam semper in vultu preferebat, illa pax interior animi, & illa potestis, ac diuina, quam in hōs motus, & perturbationes obtinebat. Fuisse autem in S. Ignatio hoc passionum eius dominium, non exiguum, sed summum, sic Secundū dicunt Cardinales Sacrorum Rituin, explicantes animi eius magnitudinem: Et quoniam, inquit, cōmotionum suarum, & perturbationum, ut diximus, dominum obtinuit perfectissimum. De S. Francisco Xauero scribit Turcellinus: Omnes animi motus dominos cōpressoque in sua ditione ac potestate habuit. Hinc illa perpetua mentis tranquillitas, & idem semper rūrus. De P. Balthasare Alvarez scribit P. Ludovicus de Ponte in eius Vita, cum Diuino beneficio obtinuisse, sui ipsius & affectuum omnium tam exactū dominū, ut nemo illum turbatum, aut iratum videret; Passione enim qua anteā illum impediabant, postea non solam non nocebant, sed ratione ipsi obtemperabant in iis, que illa inbebat.

Nulli ergo dubium esse potest, posse Dei seruos in hac vitā, beneficio Diuina gratia, assequi perfectissimum suarum passionum dominium. Merito ergo S. Gregorius Nyssenus à S. Thomas citatus, cum S. Thoma afferit, appetitum sensuū subiecti rationis imperio quoad aliqua, et si quoad dispositionem corporis non subiectat imperio ratio-

nus, sicut & membra corporis, quibus opera sensitiva partis exercentur, subdantur rationis imperio, ut S. Thomas alibi ait. Merito quoque Christus Dominus tradens Regulas 20. B.M. Magdalena de Pazzis de modo bene vivendi, regulam vnde- 1. par. vii.
cimam talem ei dedit: Sis dominatrix tuarum pa- cap. 9.

sionum, petendo talem gratiam à me, qui sum dominator omnium creaturarum. Si enim impossibile esset dominium passionum, ad hoc acquirendum

Dominus dilectam suam Sponsum non exci-

tasset, nec suam ad id opem obtulisset, illius pre-

cibus impetrādam. Deus enim, ut cum S. Aug.

& Concilio Araticano, & S. Hier. ait Concil.

Trident. impossibile non iubet, sed iubendo monet, &

facere quod possis, & petere quod non possis, & adiu-

uari ut possis. Merito quoque apud S. Ioannem

Climacum quidam Sanctorum, dans ei varia

monita acquisitā possibilitā, hoc quoque tradi-

dit: Affige in anima ligno (quā crucem dicimus incu-

dem, uidelicet mentem, ut per alteros malleorum ictus

& crepitus percussa, ludibriis, & maledictis, irritioni-

busque lacessita, iniurii affecta, infraicta, & in nullo le-

sa, seu dissipata perseverans, tota lenis, & plana, immo-

biliisque persistat. Irrisiones horis singulis, ut aqua bibe-

Hic autem status est omnium acquisitu diffi-

cillimus. Si ergo id potest acquiri, etiam aliarū

passionum facilior erit mortificatio.

CAPUT DECIMVM TERTIVM.

*Soluuntur Obiectiones contra dicta Capite
precedente.*

1.1. de Ia-
cob. c. 1.

Obiectus Prīmū. S. Ambrosius expresse afferit, Grauiſima cauſa culpa conscientia, quam tamē ratio emolliet, & comprimit. Emollire enim potest, eradicare non potest; quoniam animus, qui est rationis capax, non est suarum passionum dominus, sed repressor. ergo nullus in hac vita, iudicio S. Ambroſij, potest acquirere suarum passionum dominium, si quidem carum dominus esse non potest.

Repondeo iuxta Theologorū, & Philosophorum moralium receptab omnibus doctrinā, duplex esse dominium: vnum despoticū, aliud politicū, seu civile. Illud est, in homine fano & non impedito respectu sui corporis membrorum, qua ad minimum eius nutri mouentur, & à motu cessant, & nunquam ei resistunt: Hoc est Pratoris, vel Consulī in Ciuitate res- pectu ciuiū, qui etiā ei sepe obedient, sepe tamen resistunt, & non obediunt. Et ita Aristoteles cū S. Thoma receptus docet, Rationem praeſte irascibili, & concupisibili non principatu despoticō, qui est Domini ad seruū, sed principatu politico, qui est ad liberos, qui nō totaliter subdatur imperio. Hoc S. Basilius docuerat: Sunt, inquit, corporis affectiones violentia quidē, si otiosa in nobis sit ratio; morigera verò, si illa praeſeat, & gubernacula moderetur. Quādo S. Amb. negat animum esse suarum passionum dominū, sed repressorē, loquitur de Dominio despoticō, non verò negat posse eum habere tale dominū, de

66.

Aug. 1.8.

Conf. c. 9.

T. h. i. p. q.

8.1. a. 3. ad

2. & q. 92.

a. 1. ad 2.

8. q. 96. a.

4. Et 1. 2.

q. 17. a. 7.

Arist. l. x.

Polit. c. 3.

67.

Th. 1. 2. q.

17. 2. 7.

c. 3. Cōf.

Monast.

quali disputamus. Quod evidenter ex pluribus
S. Ambrosij sententis ad confitendum hoc
quod dicens valutros apparebit.

l de Cain & Abel. cap. 2. **68.** Nam in Moyse agnouit tale dominium. Sic enim de eo scribit. ponderans illa Dei ad Moyse verba: Posui te Deum Pharaonis: Elenum, inquit, viator passionum omnium, (quodidem est, ac si diceret, factus passionum omnium Dominus) nec ullus captus seculi illecebri, qui omnem istam secundum corpus habitationem, celestia puritate conseruationis obduxerat, mentem regens, carnem subiiciens, & regia quadam autoritate castigans, nomine Dei vocatus est; ad cuius similitudinem se perfecta virtus vberate formauera. Quae omnia iis conueniunt, qui habent perfectum omnium suarum passionum dominium.

69. Posse autem & debere etiam nos aspirare piis conaturis & studiis ad passionum dominium, sic ait S. Ambrosius in loco alio: in quo cum ostendisset, quantoper post perditam peccatis innocentiam paradisiacam (que passiones omnes coercent) nunc miser& seruitur subiiciat hominem libido, & alia cupiditates (hoc est passiones) monet, ut in hoc vita huius diluvio mentis vigor intra istam arcam includat omne genu animantium, quod est super terram, scilicet passiones nostras. Modum autem hunc prescribit: Colibe, inquit, & tu irrationalibes passiones tuas, omnesq; sensus tuos menti subiice, animique imperiis: hoc est, dominio passionum assuefce. Euolare foras non sinas cupiditates tuas, exire in vulgo libidinem, & per rationabilem mentem poteris etiam irrationalibes tua (scilicet passiones inordinatas & irrationalibes, & praeter passiones) & immunda peccata ab omni periculo diluvii liberare. Quibus verbis manifeste indicat, posse nos assequi nostrarum passionum omnium dominium.

70. **l de Noe & Arca. cap. 25.** Sed adhuc clarius alibi S. Ambrosius ostendit nos posse perfectissimum dominium passionum acquirere, tale quodammodo, quale habet rusticus super sua olera: Ponderans enim illa verba Dei, sicut olera pabuli dedi vobis omnia; Secundum altorem, inquit, sensum hoc dictum est: quod irrationalibes passiones, ita debeat menti sapientie, ut olera rusticus esse subiecta: atque ita viamur repilis cogitationibus, ut agricola oleribus, quae licet obesse non possunt, cibi tamen non habent gratiam fortioris. Generale enim omnibus & commune praeceptum, non altiora inducit genera virtutum, que viisque paucorum sunt: sed est quis virtutum epulas fortiores sibi exhibere non posse, huiusmodi tamen habeat passiones, que non noceant, sed delectent, nimis rüum cooperando ad actiones virtutum.

71. **l de Isaac & anima. cap. 3.** Idem alio in loco, Decora inquit, est anima, qua passiones corporis subigit, & ad virtutum officia conuerit, repugnantesque motus sibi obedientes efficit. Atqui hoc praestat dominum passionum, habere motus obedientes passionem. Idem in eodem libro sic describit dominum passionum praeclaram: Presidet unusquisque sibi quadam potestate (scilicet

dominio) regali, si coercent in se corporis luxus, & seruitui redigat carnem suam (dominium autem & seruitus sunt correlativa, vt loquuntur Philosophi.) Ideoque dictum est, Regnum Dei intra nos est. Qui autem est Rex suarum passionum, & cuius caro serua est, Dominus est suarum passionum & carnis. Quocirca agnouit S. Ambrosius posse haberi in hac vita dominium passionum, si non despoticum, sed politicum, seu ci-

uit. Et alibi: Est vis quadam natura in omni appetitu 1. Off. fit; tamen idem appetitus subiectus est lege naturae ip. cap. 47. sit, & obedit ei. Vnde boni speculatoris est, ita praendere animo, vt appetitus neque praecurrat rationem, neque deserat, ne praevenientem perturbet, atque excludat, tamque deferendo desistat.

Oncies Secundo. S. Paulus Apostolus procul dubio fuit sanctior omnibus aliis, qui scribuntur habuisse perfectum dominium suarum passionum; ille tamen videtur non habuisse eum dominium, quia scribit de se: Video altam legem Rom. 7. in membris meis repugnantem legi mentis mea, & ca. 23. priuaniem me in lege peccati, que est in membris meis; quia repugnantis procul dubio oritur ex passionibus, cum quartum dominio non potest consistere, ergo nec alij hoc dominium possunt habere in hac vita.

Respondeo Primo An Paulus habuerit perfectum passionum dominium tum dum hoc scriberet, ex Scripturâ & Historiis Ecclesiasticis directe id non constat. Credibile est habuisse, quia habuit virtutes eximias in S. scriptura relatas. Ideo merito Abbas Theonas post citatum locum in Coll. 13. obiectione allatum, dicit c. 2. Nihil suisse boni, cu. cap. 1. ius perfectione caruerit Paulus: quamvis stimulus carnis non caruerit. Non est autem necesse, ut quod quis est sanctior, habeat passionum dominium. Deus enim magnis Sanctis quadam reliquit ad humiliacionem eorum, quae Sancti minores non habent. Exempli gratia S. Thomas Aquinas, B. Aloysius Gonzaga, non habuerunt stimulus carnis, & tamen hi non fuerunt tam magni Sancti, vii fuit S. Paulus Apostolus, quem h. 15. ad celo anteponit S. Chrysostomus, & alio in loco pop. ait, Neminem ex omnibus qui solam aspiciunt, Paulo 73. iustiorem suisse, neque post hominum memoriam quae Or. 1. de prouid. quam aperiora illo, passum esse: ille tamen passus est fol. 2. stimulus carnis, ut ipse de se scribit, hoc est, versus tentationes libidinosas carnis: vii sentiunt S. Augustinus, S. Hieronymus, S. Thomas, & alij 74. citati a Cornelio nostro in Com. Ideo Atri. 2. Cor. 11. stoteles obedientiam appetitus sentiunt erga 1. rationem comparauit cum motu membra pa. Aug. con. ralyrici, quod non semper ex hominis voluntate, sed aliquando praeter, & contra illam moue- 2. in Pall. Hier. ep. tur. Quemadmodum, inquit, resoluta corporis mem- 22. ad Eu- bra, si ad dexteram mouere volueris, est contrario in si. stoch. nigrum deferuntur; si quoque in avinum contingit, in 1. Polis, contrarias enim partes sustinentium appetitiones se- cap. vi. runtur.

Respon-

Respondens Secundus. Sicut aliae virtutes habent suos gradus, ita & dominum passionum non esse in omnibus aquale, id est potest cum eo cō-

cōsistere aliquis passio inordinata rebellans ratio-

nit in certa aliquā materiā, sicut & cum virtuti-

bus eximiis possunt esse aliqua parua peccata,

que magis fodant animam, quam inuoluntarij

motus passionum inordinatarum. Magna est Om-

nipotens Dei dispensatio, inquit S. Gregorius Pa-

pa, & plura cumque contingit, ut quibus maiora bona pra-

ebit, quedam minora non tribuat, ut semper eorum a-

nima habeat, unde se reprehendat, quatenus dum ap-

petunt perfecti esse, & non possunt, & laborant in hoc,

quod non accepunt, nec tamen in laborando praeu-

alenti, ne in his que accepta habent, se maxime excoillant;

sed dicant, quia ex semelipsis vincere parua via attaque

extrema non possunt. Hoc de se ipso scribit. Apo-

stolus. Ne magnitudine Reuelationum extollat me, da-

tu est mihi stimulus carnis mee, Angelus Satane qui

me collapseret. Sic in S. Isaac à S. Gregorio loco

citato laudato, virtutibus, miraculis, & dono

propheteria clava Deus reliquerat nūmiam quan-

dam lætitiam, reprehensione dignam. Quia vt

idem S. Gregorius ponderans illa verba, Obte-

nrebrentur itellæ caligine eius, scribit. Stelle hu-

ius noctis caligine obtenebrantur, quando & hi qui mag-

gi viriæ splendore, adhuc de obscuritate culpe

aliquid retinente sustinent, vi est iam magnâ vita

claritate luceant, tamen adhuc noctis reliquias (scilicet

passionum motus inuoluntarios) noleant trahat.

Verè enim passionum motus inordinati sunt

reliquæ & originalis peccati, & actualium pec-

eatorum, per qua excitantur. Potest de talibus

proportione quadam idem dici, quod dixit Do-

minus cuidam deuotæ de defectibus S. Gertru-

di Virginis Ordinis S. Benedicti : Electa huius

mea, qui videntur defectus in isto plus vocari possent ani-

mae mei profectus. Nam gratiarum abundantiam, quā

in ea continuo operor vix humana posset fragilitas à

vento iuani gloria tuers, nisi virtutes eius cognitioni,

sib defectibus absconderetur. Nam quomodo ager

quanto fuerit fino vberiori impinguatus, ed diuorem

quoque necesse est reddit sicutem; ita hec quoque ex

legitione sue infirmitatis, abundantiore mibi refert

fructum gratiarum actionis. Eam ob rem quoque pro

singulis defectibus, unde se adeò humiliat, singula ei lar-

gitus sum dona, huiuscmodi videlicet, quibus in oculis

mei omnem aveat imperfectionem abolere. Nihilominus

tempore opportuno, cum omnes defectus eidem mu-

tauero in virtutes, ut splendidum lumen anima eius

fulgebit. Sicut autem Deus permittit in nobis re-

manere quosdam defectus, ita relinquit in no-

bis somitem peccati seu concupiscentiam, vt ait

Abbas Daniel apud Cessianum, & Concilium

Tridentinum, ad agonem, id est, ad certamen; sic

de peccatis, ut non consentaneis, sed per gratiam Christi

erga s. Iesu vñliter repugnantibus, nocere non valeat, quin

imo ad coronam multum profit. Athleta nullus

coronatur, inquit S. Gregorius Nyssenus, qui non

legitime certauerit. Certamen porro non est legitimū, si

bestia eas efficeret, capite cœso, hoc est malorum inuenitrix

vis, que multa in se habeat capita, sublata, posterio-

rum partium tractum nihil curauit, quod operam de-

dixerit, ut exercitationis causa in sequentibus hominibus,

in mortuā bestiā motus relinqueretur, qui vñla cum vñla

humana satus, quoad humanum genus erit, semper
quam peccata, & istam vnde exasperat, & iudicat.

Obiectio Tertiæ Si potest fomes peccati, qui est
causa passionum, diminui per profectum in
virtutibus, & per Eucharistia piam sumptionem,
vt supradictum est, & hac ratione quoque ac-
quiri passionum dominium, sequeetur posse
ferventissimos Dei seruos semper proficienes,
& deuotissimè SS. Eucharistiam recipientes,
præsertim eam in sacrificio Missæ offerentes
Deo, diutissime viuentis, totum fomitem pec-
cati penitus extingueret, quod post Christum
Dominum de solâ B. V. Maria afferitur. Cùm
enim fomes peccati infinitus non sit, si quoti-
die, vt dicit S. Augustinus, supra citatus in profi-
& conc.
cap. 25.

I. cont.
Iul. c. 5.
78.
Suar. l. 9.
de gr. c. 7.

Ideo Respondeo cum Suario, etiam si quotidie diminueretur fomes peccati in se finitus, nūquā tamē a nobis auferetur, quia nullus de-
cūtientis obiecta, aut non permittens ut phantasiam excident, etiam si ad hanc, quanta data fuerant B. V. Maria, ut ab eis fomes peccati totaliter auferretur: Deus enim neminem Sanctorum prædestinavit ad tantam gratiam, & gloriam, ad quam euexit B. Virginem Mariam, & quod eam fecit Matrem Dei, quā dignitate infra Christum nulla potest esse maior, nec alia illi æqualis; ac proinde nec gratia plenitudo, & virtutum, ac donorum Spiritus Sancti, & extinsecorum auxiliorum Diuinae providentiae, vili dabitur tanta, quanta esset necessaria ad auferendum totaliter fomitem, & quanta data est Matri Dei: quia non nisi per certum gradum plenitudinis, gratia, & virtutum, & donorum Spiritus Sancti, ac auxiliorum extinsecorum li-
gari, & auferri potest, vt ablatus fuit in B. Vir-
gine.

79. Confirmo hoc præclara S. Gregorii Papa-
doctrinā: *Quia nonnunquam, inquit, proficeret in
virtutibus conatur, & quedam dona percipimus, à
quibusdam verò repulsi in imis iacemus.* Nemo enim
est, qui tantum virtutis apprehendat, quantum deside-
rat: quia Omnipotens Deus interiora discernens, ipsi
spiritualibus profectibus modum ponit, vt ex hoc quod
apprehendere conatur, & non valeat, in illis non se ele-
uet, quo valeret. Hinc cum S. Gertrudis Virgo fuisse
quasi in excessu mentis esse & adiuinitus co-
inclusa, diu-
gnouit, vt scribitur l. 3. c. 9. eius gestorum, quā
mirā & ineffabilē dignatione diuina pietas quandoque
condescendas homini, copiosè gratiam suam infun-
dendo, & quandoque minora denegat, ad conseruan-

dum humilitatem, quā est fundamentum, & conserua-
torum gratiarum, & qualiter virtusque hoc Domi-
nus amanti anima facit cooperari in bonum.

Et hæc est causa, quod S. Thomas aliquot in locis dixerit, temeratum esse existimare alii, quos Sanctos attigile gradum gloriae, quem a. 4. & in habent Apostoli in cœlo: quod Deus elegit eos ad supremam omnium dignitatem in Ecclesiâ, quia sit infra Christum, & B. Virginem, id est illis dedit proportionatam gratiam, & glori-
am, omnibus aliis hominum statibus maiorem, quod etiam ruit Laurentius Iustinianus. Quia, vt bene docet S. Thomas illos quos de casto. Deus ad aliquid elegit, ita preparat, & disponit, vt ad connu-
id, ad quod eliguntur, iuueniantur idonei, secundum il-
lud, 2. Cor. 3. idoneos nos fecit ministros novi Testa-
menti. Alios autem iustos non prædestinavit ad tam excellum gratiae, & glorie gradum. Quā-
uis enim iustus dum viuit, semper possit in gra-
tiâ crescere, vt est communis opinio Theolo-
gorum, benè probata à Tanner (quod absolute loquendo de fide est, vt benè probat Suarius & Tanner) tamen (quidquid dicat in contrarium Vega, communiter ab aliis Theologis reiecius) & 130. vt Suarius loco citato, & Tanner addunt, est alterius terminus intensio, seu augmenti gratia, qui licet sit finitus, non possunt nisi secundum ordinariam possumunt, ad illum perfectionis gradum peruenire: quia augmentatione hoc, non sit nisi iuxta vires gratiae, & au-
xilia, hec autem non dantur hominibus sine mensura, sed iuxta certam legem à Deo statutam: unde potentia cresendi ex illis consurgens, limitata est ad aliquem certum terminum, sicut extrinsecum, quem Suarez numer. 9. ait respectu omnium Sanctorum, & iu-
storum, esse gratiam B. Virginis, & Christi Hu-
manitatis, & Ioannis Baptiste, & Apostolorum, & insignium Prophetarum, quam nemo alias attinget. Et, si verum est, quod docet Suarez, probable esse Iosephum in gratia & gloria antecellere disput. 8. Apostolos, & Ioannem Baptistam, quia eius officium, scilicet illorum officio precellebat. Plus enim est esse Patrem, & Redemptorem Christi (inquit noster Cornelius, idem sentiens) quam praconem, & precursorem eiusdem. Si, inquam, id verum est, etiam S. Iosephi gratia potest dici terminus sanctitatis, & gratia ab aliis acquirendæ: præsertim, quia S. Ioseph (etsi id refutetur ab aliis) sanctificatum fuisse in utero Matris censer Gerson, h. De Natiuitate B. Virginis, & 3. par. Alphab. 59. lib. 2. vbi ait id ipsum afferi in Officio Hieropolymitanico.

Et hæc quoque causa est, cur Elias & Enoch per aliquot annos viventes non sint peruenturi ad altiora glorie & gratiae gradum, quā fuit in B. V. Maria, quia Deus illos prædestinavit ad minorem, id est non dedit illis, nec dat illa gratia auxilia, quæ si per tam longum tempus dedisset, certò superarent iam plenitudinem gratiae, quæ fuit & est in B. Vir-
gine Maria.

Simili itaque modo etiam aliis Sanctis ma-

ximis,

ximis, eandem ob causam Deus non præbebit tantam gratiam, quanta est necessaria ad auferendum ab iis totaliter fomitem peccati, ut hoc priuilegium sit solius Christi, & Matris eius, sicut & aliud cum eo connexum, ne vñquam aequaliter peccant. Dicit tamen Suarez, Eliam, & Enoch: quamus nunc non sint in statu merendi ex ordinatione Diuinâ, eos tamen minime pati inordinatis somitis motus, nec illam corporis corruptionem, qua aggrauat animam & sensum deprimit multa cogitantes. Quod pulcherrime explicat S. Bernardus: Neque enim corpora, qua corruptiuntur, illas aggravant animas, aut terrena inhabitatio sensus eorum tamquam multa cogitantes deprimit, qui cum Deo ambulare no[n]cuntur. Sublatum est impedimentum omne de medio oculis, vñuersa sublate, materies nulla relincta est, que corum affectum aggrauet, vel deprimat intellectum. Nam & priorem, (id est Enoch) ob hoc raptum Scriptura commorat, ne foris vincas sapientiam malitia, & intellectus eius, vel anima vlt̄a decipi valeat, aut mutari.

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

Quia in re situm sit passionum dominium: seu quid requiratur ad hoc, ut quis vere dici, & esse posit Dominus, & victor suarum passionum, & qui effectus sequuntur post acquisitum passionum dominium?

Respondeo. Ad perfectum dominium nostrorum passionum, haec omnino requiri, quæ legimus habuisse Dei seruos, tum supra nominatos, tum alios.

Primi, Ne vñquam vlli inordinato motu passionis ad aliquod peccatum committendum allientis, seu inclinantis, consentiant libero consensu, hoc est, ne illis placeat voluntariè ullus inordinatus passionis motus ad peccatum trahens, etiam si ipsum non placet peccatum ad quod trahit. **Elii** Dei, inquit B. Laurentius Iustinianus, tanquam strenui bellatores quodam spiritali vigore praecincti, super mentis sua vigilantes custodiā omnes animi sui inordinatos motus singulaque suggestiones immisissimae in eorum corda per Angelos malos vñuer, a quæ illecebras carnales impellentes ad facinus, in p[ro]f[und]um initio, cùm se menti representant in speculo reprimendo compescunt, iuxta Prophetæ admonitionē qua dicit: Beatus qui tenebit, & allidet parulos suis ad petram. Idemque mysticè inquit: In matutino interficiebam omnes peccatores terre, ut disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem.

Secundi, Ne vñquam vlo passionis voluntariè acceptato motu perducatur ad actum ullum peccati, ad quod passio inclinat. **Sunt** alii, qui, inquit B. Laurentius Iustinianus, quamus non multi numero comparatione ceterorum, in omni virtute probati atque perfecti, qui pro consuetudine

exercitato habent corporis & anima sensus: Hi quidem pugnam sentiunt, sed impugnatori nequaquam, etiam in paruis, a sensu prabent.

Tertiū, Ne vllam voluntariam negligentiam committant, in repressione, & fixatione passionis, contrarectam rationē exurgentis, postquam adutererunt eam exurrexisse quam carētes dominio passionum, et si aliquo modo eam repellunt, non tamen ita vti deberent. **Vacuum** esse passionibus, inquit S. Diadochus, non est non impugnari à demonibus: aliquo oporieret nos sicut Apostolus ait, exisse ex hoc mundo, sed illud potius, ab illis impugnatum non expugnari. In bellatores enim ferri armatos iaciunt hostes sagittas, audiuntque ipsi tactus telorum, imò omnia ferre tela in se emissa cernunt, non tamen feruntur (feruntur autem, qui negligentia refusant passionum motibus: talis enim negligentia peccatum est vulnerans animam) propter armorum, quibus induiti sunt, duritiam.

Quartū, Ne in illis exurgant, vel ordinariè, vel sape, etiam inuoluntarij passionum affectus, vehementer coru[m] mentem inquietantes, & perturbantes, eo modo, quo solet homines imperfectos passio ira, vel tristitia, & doloris dum & vehementer perturbare, ita ut non possint quodammodo liberari ab illis, & toto corpore alterentur diu, quandoque etiam cum detimento sanitatis, & somni. Citat S. Thomas Aristotelem benè hac de re differentem: **Quod non bene quidam determinant virtutes, impaviditates quasdam,** & quietes: quoniam simpliciter dicunt: sed deberent dicere, quod sunt quietes à passionibus, quæ sunt, vt non oportet, & quando non oportet. Et hoc sensu ait intelligendum Aristotelem, dum alio in loco dicit, **Mitem esse qui non patitur,** scilicet, secundum Topicum passionem inordinatam, & inquietantem, ac perturbantem, quales nō infestat dominos passionum, qui per mortificationem earum, eas suo imperio subiugarunt. Benè enim ait S. Ioannes Climaclus: **In iuuenia quidem mortificationis, vel membrorum corporis, vel anima voluntatis, labor est.** Medium verò interdum labor, interdum requies: **Finis autem, iam omni motu perturbatione, omniq[ue] laboris sensu vacat.** Motus enim passionum in domino earum, non perturbant eum, nec excitant inquietum sensum laboris. Immò quibusdam etiam sensum quodammodo admittunt. Nam vt scribit S. Isidorus Pelusiota: **Cœlestis illa sedes, illa, inquam, bonus omnibus perfusa, molestisque omnibus iniuria, illa mœroris expers & latitiae omnis parens, illa linguam & aures, ac mentem excedens, iis videlicet qui præsens vite certamen legitime consercent, preparata, acerbitatum huius vite ne sensum quidem habere patitur.** Illis autem sunt similes Domini passionum, vt supra vidimus ex S. Chrysostomo & Theodoreto.

Quintū, Ne passionibus etiam non vehementibus, nec inquietantibus, sape & diu infestentur, & quasi illas non sentiant. Hoc affectus fuerat dilectus discipulus Iesu, teste S. Dionysio Areo-

epist.10. Arcopagitā sic ad eum scribente: *Et te quidem non adeo insanus sum, ut arbitrer aliquid pati, immo & passiones corporis hac tantum in parte sentire te credo, vi eas solum diuides.* Hoc conati sunt assequi magni Sancti. Inter quos ait S. Dorotheus, *S. Antoniūm. Pachomium. Macarīum, post sacram baptismā, non solum à passionum operationibus, & actibus absoluuisse, sed passiones quoque ipsas radicibus euellere, & impavidiles omnino fieri studuisse.* Non quidem impavidibilitate Stoicā, quam ibidem S. Dorotheus dicit esse impossibilem, sed tali, quæ sita fit, in animi perpetuā tranquillitate, & semper eodē tenore, qui sequitur ex domino passionum, frequentes & diuinos eorum motus inordinatos non permittente: ob quam etiam Theodoretus sui temporis nonnullos Sanctos, *in corpore mortali, & patibili, ostendisse impaviditatem, & incorpoream amulatos esse naturam.*

87. *Sexto, Ne ab aliquibus passionibus (à quibus anteā valdē infestabantur, & perturbabantur, & quibus saepe consensum præbant, & per quas ad peccata certa perducebantur) vñquam deinceps infestentur, ne quidem per motum primō primum.* Ut si quis anteā valdē irasci solitus, & sumere vindictam ob proprias injurias, & odise authores, ac cooperatores iniuriarū, vel saltem involuntariam in se solitus sentire animi auerissem ab illis, postea nihil horum faciat, nihil lentiat, sed potius contrarios positius affectus valdē intensos benevolentia, experietur in se, eum vehementer inclinantes ad beneficiandum suū aduersariis. Quanquam amoris affectus positius erga inimicos, non tam ex dominio passionum directè oritur, quām ex integro habitu Charitatis quo diligitur Deus, & proximus propter illum, vt docet S. Thomas. *Charitate, inquit S. Augustinus, diligimus inuicem, & diligimus Deum, neque enim verā dilectione diligemus inuicem nisi diligenter Deum.* Et hæc causa est, quod Apostolus totius legis impletionem, tribuat dilectionem proximi, a quānus lex etiam Gal. 5.14. dilectionem Dei, & quidē præcipue imperet, b & Gal. 6.2. & iudicio Aristotelis præcipit omnes actus virtutum, c Dominū autem passionum per actus ad hoc condicūt, remouendo prohibēs, d vt loquitur Aristoteles, & S. Thomas in simili casu, e quia passionem irā, & vindictam domat, quā e domitā, facile non resistente subiecto, Charitas expedit suos actus dilectionis erga inimicos, vel potius erga amicos, pro calo nobis per suas persecutions beneficentes, & meritorum ac postea præiormorum cælestium materiarum præbentes, quod longè maius beneficium est, quām sint omnes humanæ laudes, & honores, & cōmoda vita presentis, cum hac vitâ finem acceptura.

Sic, si quis anteā solitus pati passiones carnales amoris, & tentationes inde ortas erga formosas personas, ad primum eorum aspectum, vel colloquium cum illis, si postea in necessa-

riis, & diuini colloquiis, vel aspectibus, nullā prorsus lentiāt inordinati erga eos amoris passionem, immo nullam tentationem carnis immo ne quidem fœdum in corpore motum, vt quid diuersum est à tentatione carnis (quæ nonquam est sine desiderio, et si inuoluntario in viris bonis, alciuius peccati contrarij Castitati, in se vel in aliā personā committendis, iste est effectus dominij passionum, cum quo est semper coniunctus spiritualium rerum ingens amor, & omnis virtutis. Carnis autem amor, vt ait S. Hier. ep. 21. ad spiritus amore superatur.

Quod dominum irā & amoris aliquos Dei seruos per valdē multos annos, etiam in viuidā, & floridā atate, & in complexione corporis calidā, & ardentē, & sanguinē, & biliofa, habuisse, mihi tam certum est, quām certum est, me hoc ipsum nunc clara die scribere. Et patet ex vitiis variorum Sanctorum ac Sanctarum. Et sciant benē Confessarij talium personarum, & Patres spirituales, dum eis manifestare conscientiam coguntur.

Dices Primiō, Hoc fuisse proprium iustitiae originalis, ne tunc villa passiones anteuerterent rationem, nec exurerent, nisi imperante ratione, & voluntate, eo modo, quo in Christo Th. 3. p. q. Domino exurgeant, ergo non viderit id concilium, cedendum dominio passionum acquisito post Sc. in 2. d. peccatum.

Respondeo, S. Thomas, Scotus, & Gabriel negarent antecedens: sed quidquid sit de illo, nunc Gab. diff. concedunt omnes, efficacia virtutum acquisitio, 30. q. 1. tarum, ne us prædicti perdantur aliquando Val. 10. 4. per passiones ad peccatum, & si hoc quoque p. 3. §. 8. Propræstabat Adamo originalis iustitia, antequam strenuo peccasset, sine præiudicio originalis iustitiae posset, test concedi habentibus passionum dominium, ne à certis passionibus præuentibus vñsum rationis circa certa obiecta, idque tantum certis temporibus infestentur. Hoc enim iustitia Originalis præstantiori modo habuit, quām habeat dominium passionum, tum quia in mea sententiā, tempora vitæ humanæ ante peccatum primum Adami id præfabant, (et si hoc negat Scottus & Gabriel suprà citati) tum quia iustitia Originalis omnes prorsus passiones, & circa omnia obiecta earum, etiam bona, eas continebat, ne ante rationis, & voluntatis imperium, vel minimè sentirentur: quod in habente passionum dominium, cum predicta plenitudine, & extensione non reperitur. Nam, vt docet S. Thomas, per iustitiam originalē perficie a. 3. ratio continet in inferiores anima vires, & ipsa ratio perficieatur à Deo ei subiecta.

Dices Secundiō, Adamum peccasse vñctum à cupiditate gulae, ortā ex inordinato amore coniugis, vt docet S. Bonaventura, & Scotus, in 2. d. 21. proutde non erat propria iustitiae originalis talis passionum repressio seu frangatio, ne eum in ducerent in peccatum, sicut erat, ne anteuerterent

IV. DE HUMANARVM PASSIONVM DOMINIO.

287

rent rectam rationem, ergo nec in dominio passionum id reperitur.

91. *Respondeo*, Superatum quidem esse Adamum à passione cupiditatis cibum vetus expetens, sed hoc eius peccatum non fuit primum, sed posteriorius. Primum enim ab eo commissum est, non per instantium passionis sensibilis circa obiectum aliquod sensibile, sed per malum liberi arbitrij suum, propriâ voluntate elicatum, scilicet per actum internum superbiae, ut docet S. Aug. 14. & S. Prosper. S. Gregorius, S. Bernardus, & S. Thomas, idque probat Bellarminus ex Eccles. 10. vbi dicitur: *Initium omnis peccati superbia*. Et Tob. 4. In superbia initium sumptus omnium perdito. Et Rom. 5. Per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, scilicet per voluntatem, quam nolunt subiici imperio, & praecipito Dei, qua voluntas superbia est, sicut est contraria humilitatis est, subiici imperio, & praecipiti aliorum, qua propriè dicitur obedientia. Tottus humilitatis summa, inquit S. Bernardus in quadam sermone, in eo videtur confundere, si voluntas nostra divina, (ut dignum est) subiecta sit voluntati, sicut att. Propheta Psalm. 61. Nonne Deo subiecta erit anima mea &c. Aet. vero subjectionem istam triplicem esse necesse est, ut quod certum est Deum velle, id nos velimus omnino. & quod certum est eum nolle, similiiter excreveremus & nos, quod autem incertum est, utrum velut aut nolit, neque velimus ex toto, neque penitus non velimus.

Cum ergo Adam non obedierit Deo, superbia peccato succubuit: & ita bene idem S. Bernardus ait. *Et Angelus in celo, & homo in paradise iniquitatem mediatis sunt, aliquidnam affectantes, ille potentia, iste scientia*. Amilla autem per hoc peccatum iustitia originali, tum denum ad passionem & virtutem gulae victus, comedit cibum vetitum. In occulto, inquit Augustinus, malum esse cuperunt, ut in apertam inobedientiam laborentur. Non enim ad malum opus peruenirent nisi praeceperent mala voluntas. Porro male voluntatis initium quod potuit esse nisi superbia initium enim omnis peccati superbia. Et infra: *Mansueta ergo apertoque peccato ubi factum est, quod Deus fieri prohibuerat, diabolus hominem non ceperisset, nisi iam ille sibi placere ceperisset*. Hic enim delectauit, quod dictum est. Eritis facti dicit quod melius esse possent, simmo veroque principio coherendo per obedientiam, quam sumus sibi existendo principium per superbiam. Quod hac ratione, allatis Sanctorum Patrum testimoniosis idem assertentium confitimat Bellarminus: Nam inter aduersos malos, prius fuerunt interni, quam externi, tam circa obiectum intelligible, quam circa sensibile. Cum enim pars inferior subiecta esset superiori, nec ab ea deficere posset, nisi prius ipse animus à Deo auersus, ad insinuam corruisset. Quare fieri non potest, ut amor erga uxorem immoderatus, primum peccatum Adami fuerit. Nam amor ille rei sensibili erat, videlicet consortij humani, & socialis vite, quam amittere Adamus nolens, maluit legem Dei transgredi, quam vitam & sociam contristare. Porro inter

aduersos, & circa bonum intelligibile, prius est aduersus circa finem, quam circa media, siquidem media appetuntur propter finem, non contraria. Finis autem hominis in malis, est excellētia propria, que superbia est obiectum. Non igitur infidelitas, aut aliquid aliud, sed superbia primum peccatum virtusque primi parentis fuit. Quanquam postea etiam in infidelitatem inciderunt, vt docent Sancti Patres citati ca. 6. Qualis autem ista fuerit superbia, explicat ca. 5. Bellarminus, solvitque obiectiones in contrarium, dicitque: *Post audita verba diaboli: Eritis facti dicit scientias bonum, & malum, volueret cuperunt intra se, pulchrum esse non pendere ab alio, & simul sine ullo precedenti errore, vel deceptione, cuperunt delectari propriâ potestate (inflata delectationis moro) eamque appetere & vehementer placere sibi, & occupati eiusmodi cogitatione, delectatione, ac desiderio, non exercerunt animum ad Deum, nec cogitauerunt, id nec fieri posse, nec sibi expedire, atque ita ad se magis ac magis paulatim conuersti. & à Deo auersi, caccutire cuperunt, & fidem habere verbis Satanas, & Dei precepta minusque contemnere.*

Septimò, Ad dominium passionum spectat, (si perfectum est) circa idem obiectum specificum

diuerso modo, quam anteā se habere, pro diuersitate individuorum, in quibus reperitur illud obiectum, seu motuum passionum. Exempli gratiā: Aliquis autem acquisitum Dei beneficio passionum dominium, vehementer contristabatur usque ad lacrymas dolore plenas, auditâ morte fratris, vel alterius personæ sibi valde charæ. Si postea acquisuerit passionum dominium, auditâ morte alterius personæ, magis sibi quam fuerit illa prior chara, non sentiet in se ictum afflictivum dolorem, sed eo modo tolerabit mortem charissimi amici, quod tolerat mortem aliorum, nullâ sibi sanguinis vel amicitia necessitate iunctorum, sine ictu sensibili alteratione corporis, & tristitia animi excipiens mortis nuntium de morte ictus secundi amici, charioris multò, quam fuerit prior ille.

De S. Bernardo in eius Vita scribitur, &c ab ipsomet: *Sicis oculis fratri sui germani, & dilecti Gerardi exequias celebri a se & corpus tradidisse sepulturam, ne affectus fidem vincere videretur, extraneum tamen quemlibet, vix, aut unquam sine lacrymis sepeluisse, & non potuisse imperare tristitia, cum potuerit lacryma, & non induisse multo fletus, multum tamen turbatum, & mestum fuisse*. Quanquam aliqui, ne quidem turbationem, aut molestiam magnam sentiunt, in aduersitatibus & calamitatibus magnis ac repentinis. Sic Apostolus Paulus in tribulationum certo genere gaudebat; unde scriptit: *Gloriamur in tribulationibus*. Et, Repleta sum consolatione superabundo gaudio in omni tribulatione nostra. Tamen in eadem epistola cap. 18. Non voluntus vos ignorare Fratres de tribulatione nostra, quae facta est in asia, quoniam supra modum grauata sumus, supra virtutem, ita ut tederet nos etiam vivere. De Nonna Matre sua scriptit S. Gregorius Nazian-

93

1.3. c. 6.
Rom. 5.3.
2. Cor. 7.4.

Or. 19 de zianzenus, vt bene explicat Elias Cretenis, ipsam alioquin aliorum calamitatibus maiorem in modum inflecti solitam, ob eadē ingentem dolorum concipere, nullā tamen propriā calamitate eam vnguam adē inflecti posuisse, vt vel lugubrem vocem angustiarum actionem emitteret (primum enim Deo gratias agebat, deinde humanitatis quoque significationem edebat: quorum alterum voluntatis erat, alterum naturae) aut lacrymas ex palpebris exprimeret. Signatis enim crucis signo palpebris, non tam amplius lacryma excidebat. Quod quidem scilicet eius erat, qua etiam ipsi natura vim inferret. Ita naturales quoque animi permissiones subegerat.

I. par. vite De B. Clarā de monte Falco, celebri illā Ordinis S. Augustini Virgine, mysteriis Passionis Christi Domini in corde eius expressis, ad hunc diem spectabilibus illustri, ab Urbano VIII. concessionē Missæ & Officii diuini die eius obitus à Patribus Augustinianis, & totā diaecesi Spoletanā celebrandi honorata, scribit Baptista Pergilius, cam non fleuisse mortem sua Sororis Ioanne, ac si nulla communio sanguinis cum eā intercessisset, tamen per tres continuos dies, copiosas effudisse lacrymas, eō quōd eius morte priuatam se videret magisterio Ioanne, cuius directione & consiliis pro cursu spiritualis vi. & antea vtebatur.

Vita P. Al- Sic S. Teresa, audītā morte Nostri P. Balthasaris Aluarez sui præcipui Confessarij, à quo se maximè in spiritu adjutam prædicabat, & quē sui defensorem contra graues censuras linguarum maledicarum experta erat, amarissime flevit per duas horas; audītā verò germani sui fratris morte, ne gurgulam lacrymæ profundi. Eodem modo aliorum similiū mortem deplo- rabant.

I. 5. c. i. Enituit hoc in S.P.N. Ignatio, vt scribit Ribadeneyra: qui dum egrotaret, admonitus à medico ne se angoribus daret, nūc tristis rebus occupare- tur, cogitare attenē secum caput, num restam noua & acerba sibi posset accidere, quæ se molesta aliquā posset afficere & perpetuam animi securitatem pertur- baret. Hac cogitanti illud (quod maxime infidebat animo) solum occurrit, si quo modo Societas nostra dissol- uretur. Progressus est longius, & vt se excuteret, ac diligentius pertinaret, quæsivit ex se, quām diuturna hac molesta futura esset: statuebatq; si hoc nullā culpā suā evenisset, post quartam horā partem, quam in ora- tione posuisset, seque collegisset, se si quid ex cā re ce- pisset molestie, facile depositurum, etiam si, inquit, vni- versa Societas deleatur, & tanquam sal aqua dissol- natur.

94. Item ad hunc dominij effectum spectat omni- no ob maiorem iniuriam sibi iniquē & iniquo modo illatam non perturbari, nec alterari in corpore vñlā passione doloris. vel iræ, vel tristitia: si tamen alter seruo Dei, vel Ecclesiæ, vel communicti, aut priuata persone, etiam Ethnica, resciat illatam iniquē iniuriam, ob eam illatam sentire in se passionem magni doloris, &

tristitia, & ex impulsu Charitatis, teneram com- miserationem: vti & ob tam multa peccata, quibus Diuina Maieſtas offenditur, præſertim ab iis, qui vel ratione status, vel ratione beneficio- rum magnorum à Deo perceptorum, dberent esse ceteris meliores. Ex his, inquit S. Chrysostomus, oporet tristari, de his dolere, de his morderi. Ita Paulus pro peccatoribus tristabatur, ita lugebat: ait enim: Ex multā tribulatione & compreſſione cordis scripsi vobis per multas lacrymas. Quoniam enim de propriis non habebat quod lugere, hoc pro alienis agebat: quin & illa secundum luctus rationem propria putabat. Alij scandalizabantur, & ipse vrebatur; alijs infirmabantur, & ipse. Bona est talis tristitia: omnis mundana melior latitudo: ita lugentem omnibus homi- nibus præpono. Quanquam talis tristitia præcipue oritur ex vehementi erga Deum dilectione, cui præparat faciliore aditum passionum dominiū, refranat rebellione inordinate tristi- tiae, ex alijs sensibilibus obiectis exurgere fo- litæ; solum enim obiectum ſentibile, est paſſio- num corporalium obiectum, vt docet S. Tho- a. 1. 2. q. 13. num cum Theologis alius.

De tale dominum iræ habentibus scribit S. Diadochus: Qui voluntate quadam infatib[ile] dili- git Dominum, tamen infiniti contumelias, & incom- modis ab alio afficiatur, tamen non irascitur ei, sed potius cum eo, qui contumelias, & damnā incult, ma- nei copulatus in eos verò ſolū incitatur, & incendi- tur, qui in pauperes inuidant, aut in Deum, ſicut ait ſcriptura, iniquitatem loquantur, aut alio quopiam modo non bene viuant. Qui enim plus iam Deū quam ſe diligunt, in d[omi]nū non amplius e[st] dilig[er]it, ſed Deum ſolum, non tam honorem ſuum ſectatur, ſed magis iuftitiam eius honorari cupit, a quo ipſe honore immortali ho- noratus eſt, id que non parū quādam voluntate experit, quin potius habet deinceps huiusmodi affectionem animi tanquam habiti ſuceptum propter multam experien- tiam Charitatis Dei.

Dices Tertius. Cūm passiones per modum na- turæ operentur, & ratione careant, quonodd fieri potest, vt excitetur ira, vel tristitia, aut dolor potius circa vnam personam, quam alteram, cūm & quē causam ſeu motiuum ſuum habeat in vñlā personā, ac in altera; & quandoque magis in vñlā, quam in alterā, cūm tamen circa il- lam minus commouetur, quam circa hanc?

Rifpondeo. Eſti passiones in ſe conſideratæ, dū per modum naturæ operantur, & quē ferantur in ſuum motiuum, vbi illud per imaginatio- nem, vel ſenſum apprehenditur, & magis in il- lud, in quo illud eſt maius; tamen in quantum reguntur à ratione illius, qui dominum paſſio- num habet, imperio rationis, & dominatu in paſſionem fit, vt non æqualiter ferantur in æ- qualia obiecta ſua, & motiuā, & in quādam proſlus non ferantur, quia circa quādam ſunt penitus ſubiungata pleno dominio, & quia des- potico imperio rationis & voluntatis. Paſſiones enim ſuę naturæ relictæ, vt ait Plato in Phæ- dro,

dro, sunt sicut pulli equorum generosi sine autriga, qui melius currunt per planitatem, quam ad montes; sed si autriga eos, scilicet anima, moderetur, & velit ut tardè procedant in planicie, citò montes ascendendo, coguntur ita progre-
di: sic & passiones imperante ratione, ac volun-
tate, minus se effundunt ad quædam obiecta, in
quibus est plus de sensibilitate, magis ad alia ad
quæ natura sua non ita propendunt. Et ita etiam
S. Diadochus moderantem suas passiones, ait:
esse aurigam sensuum hominis in equi virtutis cer-
tamen, rehoreque inter medias demonum copias, qua-
drigam continentia, in timore Dei omni tempore exer-
centem. Et S. Isidorus Pelusiota, Rationem ira-
& cupiditatis (& alii passionibus) auriga in modum in-
siderem oportere scribit. Et ut alibi ait, commendans
virtutem rationis moderatricem: Nihil virtute
fortior est, nec violentius. Ipsa enim rerum mutationes
vincens, ab ipsis vincit minimè suavitatem: rerum omnes
bonos ac decori habendas immittens, aurige, munere
fingitur, ducitq; quid liber. Similia doceat S. Hiero-
nymus. Quod aliter explicat S. Ambrosius: An-
na est currus, habet equos bonos & malos. Boni equi,
virtutes sunt anime, mali equi, passiones sunt corporis.
Christus est rex huius carnis, qui malos equos re-
stringit, & reuocat, bonos incitat. Boni equi sunt qua-
rtu: Prudentia, Temperantia, Fortitudo, Iustitia. Mali
equi, Iracundia, Concupiscentia, Timor, Iniquitas.
Interdum ipsis equi inter se discedunt, & aut iracun-
dia protendit, aut Timor, & seiuicem impedit,
& cursum retardat &c. Sed Christus rex & cor hu-
ios carnis, per rationem tanquam aurigam mo-
deratur bonos equos, & frenat malos, ne pre-
cipitem currum deferant ad foueas vitorum.
Et sic propter hoc imperium, sunt bona, vel
male moraliter (prout ordinantur ad bonum,
vel malum finem, & magis sunt voluntarie, &
bona, vel male, quam sunt actus membrorum
exteriorum voluntarij): quia appetitus sensi-
tus fons passionum est propinquior rationi &
voluntati (ex qua bonitas, & malitia moralis
deretur, in motu passionum, & actiones ex-
teriorum membrorum) sic per imperium volun-
tatis & rationis, is qui est passionum dominus,
illas ita regit, ut circa quædam obiecta in indi-
viduo non exurgant, circa alia minus exurgant,
quam facerent, si ex natura solius impetu, sine
rationis ductu operarentur. Ideo per hanc obe-
dientiam passionum, prout a ratione dirigun-
tur, Aristoteles eas appellat rationales, quasi
participent extrinsecè rationem.

Confirmatur haec doctrina testimonio S.
Chrysostomi, qui ait Davidem coniunctis pro-
ficium à Semel, non fuisse ei indignatum, &
verius ne madaretur, tamen codem ipso tem-
pore indignatum esse filio Satyri, voluntati cum
putare caput eius. Potest ergo beneficio Divi-
nae gratiae, & per eam acquisiti dominij passio-
num à ratione frenatarum, eadem passio ferri
in unum obiectum, & non ferri in aliud maius-

Sic fieri solet, ut passionum Dominus, nullos
proclus fedos in se motus sentiat conuerlando,
diu solus cum solis personis formosissimis, illis
vero absentibus solus existens, experiat in se
motus turpes ab involuntaria imaginatione
rerum foedarum excitatos.

Ottavo Iij qui habent passionum dominum, 97.
habent libi beneficio diuina gratia, ita in bo-
no obedientes passiones, etiam in rebus valde
antea molestis sensualitati & amori proprio, ut
ad primam representationem obiecti mali vi-
tandi, vel à natura causatam, vel à gratia menti
proprietam, adhuc ante ultimum liberum rationis,
& voluntatis, per modum motus primo pri-
mi, statim sine illa mora tentiant in se, idque
vehementem, & valde intensam passionem, vel
odij, vel abominationis, vel ira contra rem ma-
lam. E contrario vero ad similem apprehe-
nem, vel representationem boni alicuius, menti
sua factam, domini passionum suarum, repente
sentiunt, quasi in eodem instanti, per modum
motus primo prii, ingens desiderium illius
boni, & quandam delectationem in bono sic
apprehendo. Et tales passiones circa bonum,
præueniebant etiam in B. Virgine rationem, in-
dicio S. Thomæ, & in Adamo, ut quidam pu-
tant infra citandi numero 167. Simile quid na-
turaliter in naturalibus artibus contingit. Nam, lib. 3. eth.
ut scripsit Aristoteles, ars perfecta non delibera-
tam sibi facilis est actus suis. Idem præstantius facit
gratia Dei per naturam, eam in repentinis ca-
ribus excitans ad actus supernaturales, & adiu-
uans in eorum exercitio. Et hoc est ut ait S. Au-
gustinus, passiones ita moderari & frenare, ut in p-
sum iustitia conuertantur. Nam indomita passio si
præueniat iudicium rationis, & in animo praualeat,
inquit S. Thomas, ut ei consentiantur, impedit consi-
lium, & iudicium rationis; si vero sequatur ex ratione 98.
imperata, adiuuat ad exequendum imperium rationis.
Pulchritudo declarat B. Laurentius Iustitia. S. in festo
nus: Dulcia prorsus est carnis illecebra, & natura copi-
lata consolatio. Semper spiritui inimicatur, donec &
ipsa spiritus suauitate pacatur. Tum spiritualis effecta,
pari modulatione persoluit obsequium. Hoc in se Pro-
pheta persentiens inquit: Cor meum, & caro mea exul-
tauerunt in Deum visum. Quod S. Martinus soror
S. Gregorij Nysseni, vel potius ipse nomine eius de anima
sic declarat in quadam disputatione: Si ratio, que & refut-
precipua natura nostra pars est, eorum qua extremitate
cùs nobis superinducta sunt, principatum obtineat (lo-
quitur autem ibi propriè de passionibus istis)
nullus eiusmodi motus nobis ad vitium ministerium offi-
ciorum fuerit: meru quidem obedienciam, ut vero fortitudi-
nem, imitatae cautionem, atque securitatem inge-
nerant: cupiditatis item impetu, diuinam simul &
immortalem nobis voluntatem conciliante. Sin autem
ratio habendas omittat, & tanquam auriga aliquis
implicitus currus retro ab eo trahatur, illoque abi-
piatur, quounque eum rationis expers motus iumento-
rum auferat, tunc in perturbationem, appetitionem

converuntur, quale nimis etiam in bruis videlicet. Et nisi per rationem ad id quod res postulat, ac regum est ducantur, sed potentiam mentis supererit affectus ac perturbationes ab cogitatrice, atque diuinam naturam dum impetu, & ardore eiusmodi affectum atque perturbationem in peccatum degenerat, & effertur ad rationis expertem, stultam ac amantem naturali homo transi, atque transformatur.

Qui tamen p[ro]ij affectus erga bonum sic apprehendunt, ut & contra malum menti representarum, sunt beneficia, & effectus Diuinae gratiae per quam declinamus a malo, & facimus bonum. Quam gratiam Deus ad vitanda malorum & facienda bona semper suppeditat n[ost]ri, qui illi ex toto corde seruant, & toto conatu attingunt suo in virtutibus profecti, iuxta illud dictum S. Innocentij Papae: Quotidianam prestat ille praesidia, quibus nisi freu consilique mittatur, nequam manus rimeret poterimus errore. Et, ut scribit S. Hieronymus, Nihil boni operis agere potest (homo) absque eo qui ita concepit liberum arbitrium, ut suam per singula opera gratiam non negare. Et quidem praeueniendo per excitantem gratiam nostrum liberum consensum ad prias cogitationes. Inste, inquit S. Leo, instat praecepto qui precurret auxilio. Maximè autem praecurrunt in his, qui prioribus Dei auxiliis rite cooperantur. Nam, ut scribit S.

99. epist. ad Concil.

100. Carthag. que est 91. apud. S. August. op[er]t. ad Cyprian. S. 16. de pass. Dei. 1.2. in c. 12. Luc. 1.2. cont. duas. ep. Pelag. cap. 5.

Qui tamen p[ro]ij affectus erga bonum sic apprehendunt, ut & contra malum menti representarum, sunt beneficia, & effectus Diuinae gratiae per quam declinamus a malo, & facimus bonum. Quam gratiam Deus ad vitanda malorum & facienda bona semper suppeditat n[ost]ri, qui illi ex toto corde seruant, & toto conatu attingunt suo in virtutibus profecti, iuxta illud dictum S. Innocentij Papae: Quotidianam prestat ille praesidia, quibus nisi freu consilique mittatur, nequam manus rimeret poterimus errore. Et, ut scribit S. Hieronymus, Nihil boni operis agere potest (homo) absque eo qui ita concepit liberum arbitrium, ut suam per singula opera gratiam non negare. Et quidem praeueniendo per excitantem gratiam nostrum liberum consensum ad prias cogitationes. Inste, inquit S. Leo, instat praecepto qui precurret auxilio. Maximè autem praecurrunt in his, qui prioribus Dei auxiliis rite cooperantur. Nam, ut scribit S.

Ambrosius, Vbique Domini virtus studia cooperatur humanū, ut nemo possit adficiare sine Domino; nemo custodiare sine Domino; nemo quicquam incipere sine Domino. Quia, ut ait S. Agustinus: Liberum arbitrium ad bene pieque volendum non valeat, nisi ipsa voluntas hominis, Dei gratia fuerit liberata, & ad omnem bonum actionis sermonis, cogitationis, adiutorii. Ideo, hom. 9. in inquit S. Gregorius Papa, Nos preuenit velim, & volentes subsequitur, ne inaniter velimus. Conatus enim nostri, ut scribit S. Bernardus, & casus sunt, si non adiuvantur, & nulli si non excitantur.

101. Ribil. 5. cap. 5. Non Dominum passionum hoc quoque adfert illud habenti ut postquam per imperium rationis & voluntatis, concitauit in se aliquem passionis motum ordinatum, & necessarium, eoque v[er]us est quantum satis erit, statim motus ille conuectat, & relinquat hominem in illa quiete, & statim pacifico ac lato, quem habuit ante passionem illam, a se ex dictamine resecta rationis & virtutis imperata. Observant hoc in S. P. N. Ignatio domestici: Vidamus per se, inquit oculatus testis Ribadeneyra, illum affablier, bilariterque & magnā animi equitate colloquem cum suis, accersere aliquem, quem oburgare vellet, primoque illius aspectu commutare vultum, ad severitatem componere, & quasi iratus esset, grauiter hominem corrumpere, & castigare. Statim tamen atque ille excesserat, ne puncto quidem tempora intericto, ad suā illam tranquillitatem inceditatemque sermonis, sereno vulno, explicata fronte redisse: perinde ac si nunquam, aut ille interuenisset, aut quemquam ipse oburgasse. Itaque apparebat nihil animo fuisse commotum, ac severum illam oburgatione personam, & suscepisse

cum vellet, & deposuisse. Quod in reliquis eius actionibus videre fuit, ut ex illis perlucet moderatio animi, & tranquillissimus secura mentis status.

Decimus, Dominum passionum hoc quoque efficit in eo, qui illud habet, ut semper sit in eodem statu, semper æquus dispositus ad omnia sine ullâ variatione. Hoc in B. Laurentio lustiniano obseruauit vita eius scriptor. Hoc quoque, que de S. Ignatio scribit Ribadeneyra: Eundem tenorem semper tenuit in rebus gerendis, & perpetuatam in omni vita. Nam quamvis corpore alter atque alter affectus esset, & propter valetudine varietatem ad res tractandas, vel magis, vel minus aptius, animam semper idem erat: ut ad aliquid ab eo impetrandum, aut conficiendum obseruare tempus & opportunitatem nihil esset necesse. Nam siue illum Sanctissimo Missa sacrificio peracto, siue prandio, conuenientis lectione surgentem, aut ab oratione, perinde erat: siue res late, siue tristiores essent: denique in nulla rerum dissimilitudine ac varietate, varius ipso siue dissimilatus fuit. Quae animi equabilitas, perpetuaque constantia in corpore etiam redundabat.

Vndecimus, lis, quibus Deus dedit passionum suarum dominium, dat quoque perpetuam quandam & vehementem inclinationem ad omnia ea facienda, que agnoscunt placere Deo, maiorem, quam ad humanas, etiam non malas, reprehensiones, & solita honesta. Repressis enim per dominium passionum, motibus inordinatis passionum, qui hominem immortalitatem per comitantur, & patiunt passionum dominium, sublatris per illud impedimentis exorbitantium passionum, vires suas exerunt, & longè magis inclinant hominem ad studia pieratis, quam le anteā fenserat inclinationem ad actus peccati, & ad indifferentes non malas consolationes, & recreations humanas, à quibus post acquisitionem dominium cum intensis habitibus virtutum, ponit sensibilem sentit animi auersione, etiam in ipsa sensualitate, & parte inferiore, ut certissima talium docet experientia. Ad quam iuvant

102. Prim. illi virtutum quas significat, qui ut ait S. Dionysius Areopagita, obcurantur, & extinguntur vitiis amore, & a natura insiti sunt, ut illi illustretur. Et hanc forte ob causam S. Clemens ait, Naturalē esse viam virtutis, hoc est, virtutis, viam verditatis, id est vitiis esse induitam, que non voluntate Dei accidit, sed misericordia aduersarij. Quonobrem S. 1. Cor. & 1. Chrysostomius, & S. Augustinus ait, secundum h[ab]it. naturam nobis esse virtutem: Et S. Bernardus, Naturalē. Et S. Diaclochitus ait, viros perfectos, velut naturalem habere humilitatem. Et iterū S. Bernardus ait, quoddam tanquam naturaliter omnem materialē respire, & quod bonum est ampliari: Et S. Thoma cap. 11. mas,

mas, esse naturalem secundum quandam inchoationem: Et S. Basilius, virtutes putandas ait nostram esse possessionem si per exercitium cum nostra quasi natura coalescant: Et Saluianus ponderans illud Act. 17. 28. In ipso viutius, mouemur, & sumus. Non dixit, inquit, ab ipso nos, sed in ipso moueri: docens scientiam, insitam intra virtutes sacras omnium nostrorum esse substantiam. Hoc sensu dixit S. Gregorius Nyssenus: Is qui te formauit, tale bonum statim ita nature quasi insentiantur, sive constituantur, & insensibiliter corporant. Tui enim fabricatione, & constitutione Deus sicut Dei naturae bonorum simulachra similitudines, & quasi imitacione impresit, & informauit, velut certam quandam sculptili figurâ praeformans & singens.

Sed viutiosas diuinam imaginem & bonum turpibus velamentis obductum & occultatum inutile tibi fecit. Non quod bonum virtutis supernaturale in creatione nobis inditum sit, sed inclinatio ad bonum naturalis virtutis. Virtus enim, vt scribit S. Bernardus, est filia rationis, sed magis gratia: vis enim quadam est ex naturâ, vt autem virtus sit, habet ex gratia. Vix est ex iudicio approbantis rationis, virtus in autem ex appetitu illuminata voluntatis. Quam naturaliorem ad vicecum inclinationem, non tantum Sancti, sed etiam Sapientes Ethnici agnoverunt homini à naturâ inesse. Quod pulchritudinem idoneum, si tamen neglectus non maneat. Tantum ab opifice summo conditus bene, semper naturaliter tendit ad bonum, quanquam ab adolescentia hominis ad malum prouis appareat. Ceterum hoc non ex naturâ, sed ex collusione originali cognoscitur emanare peccati. Illa tamen naturae inclinatio ad virtutem non est dispositio positiva ad dona gratiae. Nullus ergo quocirca meritò S. Prosper libro cont. Collatione c. 27. reprehendit Cassianum, quod Collatione c. 12. scriptum est, Omni anime naturaliter virtutum semina, beneficio creationis inserta esse. Hoc enim in alio sensu, quos supra vidimus, praecipue patii Sancti Patres docuerunt, non existimantes Seuera per hac naturalia virtutum semina hominem p. 73. ad gratiam disponi, ut senserunt Semipelagiani; Quam, l. 1. c. 12. putantes ea esse inchoationes quasdam fidei, & aliarum supernaturalium virtutum.

& Philo. Secundum iuvant præteriti actus virtutum acquisitorum, quia auxerunt habitus illos virtutum. Sophia ex quælibet, quia auxerunt habitus illos virtutum. Plan. sent. Ut enim bene docet S. Thomas, per exercitium, Ep. quid. actum, quo acquiruntur virtutes morales, tolluntur contraria dispositiones, ex precedentibus actibus contrariis in homine relatae, inducentes difficultatem in operando, quam virtutes morales infusa. simul cum charitate inseparabiliter infundi, & amitti solite, tollere non possunt.

Dicer: Cum passionum nostrarum obiectum, sit tandem res aliqua sensibilis, non vero spiritualis, qua proprietas est voluntatis & intellectus obiectum, quomodo fieri potest, ut passiones

hominem inclinent ad opera virtutum, quæ sunt circa res spirituales & non sensibiles? Nulla enim potètia potest excedere suas vires, & veritatis circa obiectum non suum, ut constanter Philosophi & Theologi docent.

Respondeo: Namvis passiones naturâ suâ tantum circa obiectum sensibile versentur, & id est persistendo in modo operandi eis à natura indito, non possint fieri in obiectum spirituale, non sensibile, postquam tamen inquantum imperante ratione, & voluntate (dum subiugata sunt hi) ab eis diriguntur, & ordinantur, & quasi elevantur per actus virtutum, ad hoc, ut quasi coniunctis viribus versentur circa obiecta spiritualia virtutum. Et hoc est, quod ait S. Augustinus, illas converti in viam iustitiae: Et quod ait S. Thomas, eas dum sequuntur rationis imperium adiuuare ad exequendum illud. Deinde quia sunt multa opera virtutum etiam supernaturalium, & infusarum sensibili, ut sint sacrificia, orationes vocales, peregrinationes, ieiunia, penitentiæ exteriore, genuflexiones, colloquia de rebus piis, & his simili, continentur hæc omnia quoad suum materiale intra latitudinem obiecti sensibili, ac proinde passiones & imperatae à virtutibus infusis supernaturalibus, & immediatè mortalia à virtutibus moralibus acquisitis, qua inherenter in potentissime concupiscibili & irascibili, possunt versari etiam circa opera exteriora virtutum, & ad illa vehementer inclinare suum Dominum, qui eas subiugavit, quam ad opera indifferenteria non virtuosa.

Quia vero dominum passionum reddit facultas exercitium virtutum moralium acquisitum, ob passionum motus, ei contrarios, frænatos, & quia ipsi passionibus edomitæ virtutum ad exercitium virtutum, ut supra diximus ex S. Augustino, id est non sola virtutes, quæ erant ante acquisitionem passionum dominium, sed etiam ipsum passionum dominium (modo infra explicando) confert vehementer inclinationem aetualiter ad omnia studia pietatis (de quâ hic agitur) & non patitur vigore illam resistentiam, & repugnantiam ad opera virtutum, quæ vigeret in non habentibus passionum dominium. Qui enim secundum Deum vivit, inquit S. Prosper (vii l. 3. de vita viuenti hi, qui habent passiones edomitas) non cont. e. 1. quod eam carnaliter delectat, sed quod adscit spiritualiter facit: omnia desideria carnis, spiritualis desiderij delectatione compescit: futura presentibus anteponit, carnem spiritui subdit, & quidquid cupit, aut agit, non vult ex sua, sed ex Dei sui voluntate pendere, cui placere toris viribus concupiscit. Denique passionum dominium medetur quatuor vulneribus in naturâ humana à peccato originali relicitis, de quibus sic S. Thomas disputat: Sant., inquit, 1. 2. q. 85. a. 3. quatuor potentia anima, quæ possunt esse subiecta virtutum: scilicet Ratio, in quâ est prudentia: voluntas, in quâ est iustitia: Irascibilis, in quâ est fortitudo: Concupisibilis, in quâ est temperantia. Inquantum ergo ratio descriptio

destituitur suo ordine ad verum, est vulnus ignorantia; in quantum voluntas destituitur ordine ad bonum, est vulnus malitia; in quantum insensibilis destituitur ordine ad arduum, est vulnus infirmitatis; in quantum verò concupiscentia destituitur ordine ad delectabilem moderationem ratione, est vulnus concupiscentiae. Quocirca,

108.

Duodecimè præstat dominum passionum, ut ratio nostra utatur magnâ quiete in suis actionibus, ex quâ quiete oritur, ut sit valde attenta ad ea de quibus cogitat, & quæ per voluntatem, siue per se, siue per Deum motam, & excitatam, cogitat exequi in honorem & gloriam Dei; vel ob amorem alicuius virtutis.

109.

Nam, ut bene docet S. Thomas, paſſio triplice ter impedit considerationem rationis, ne in particulari consideret, id quod sit in vniuersali, (quod si consideraret, non peccaret.) Primi quidem per distractionem quandam: quia (ut dixerat articulo præcedenti S. Thomas) in operibus anima requiritur quedam intentio, qua dum vehementer applicatur ad unum (uti facit paſſio) non potest alteri vehementer attendere (& sic distrahit a suo acto.) Secundi impedit considerationem rationis per contrariatem; quia plerumque paſſio inclinat ad contrarium huius quod scientia vniuersalis habet. (scilicet de re aliquâ facienda, vel non facienda in genere.) Tertiè per quandam imputationem corporalem, ex quâ ratio quodammodo ligatur, ne libere in actu exeat: sicut etiam somnus, vel ebrietas, quadam corporali transmutatione factas, ligat vsum rationis: multi enim propter abundantiam amoris, & irae sunt in insaniam conuersi. Et per hunc modum paſſio trahit rationem ad iudicandum in particulari, contra scientiam quam habet in vniuersali. Quocirca has passiones subiiciendo dominio, ratio corroboratur, ne in suis piis cogitationibus, de fugiendis malis, & de faciendis ac persciendi bonis impediatur. Et hoc modo dominum passionum medetur vulneri relieto ex peccato originali in ratione; quod vulnus S. Thomas cum Theologis appellat, vulnus ignorantie; quod cum etiam per alia peccata augeatur, ut idem docet ibidem: (quia per peccatum ratio habetur in agendis) dum continentur ratio in suis actibus, ab impedimentis passionum, partim impeditur nona hebetudo à passione prouidentes, partim antiqua excluditur, per attentam considerationem rationis de rebus agendis, quâ passiones indomiti solent infestare: quia, ut ait S.

110.

Thomas, in operabilibus paſſio agit contra scientiam vniuersalem, absente consideratione in particulari. Hęc autem nouabat, dum ratio per passionum dominum adiuta, & vallata cōtra impetus passionum, attendit bene suis actibus, & cogitationibus, & per virtutes inherētes in eā, ac per dona Spiritus Sancti, inclinatur ad eliciendos perfectè suos actus, ac ad executionem honorū operum, per motionem voluntatis subsecuturam, ordinatur, & quasi impellit, eo modo, quo habitus impellunt potentias, quibus inherēt, ad

exercitium promptū, & constans suorū actuū.

Decimotertio, Dominum passionum etiā voluntati prodest, corroborando eam, ne à motibus passionum appetitus sensuī, etiam indirecte, trahatur aut mouetur ad aliquid volendum vel nolendum contra rectam rationem. Nā directe voluntatem nostram paſſio mouere non potest, sed solus Deus, & tanquam obiectū eius, quippe cūm sit bonum vniuersale, & tanquam is, qui creat virtutem volendi, ut docet S. Thomas, & sic eam per se interiori efficaciter inclinat ad actum suum, seu in tem voluntati; quomođo nec Angelus eam potest mouere, sed tātum vel per modum suadentis (proponēdo per species imaginationis intellectui obiectas, sub similitudinibus sensibilibus, sic enim illuminant homines) vel concitando passiones in appetitu sensuī, per quas etiā non cogatur, inclinatur tamen voluntas ad aliquid volendum. Indirecte

tamen voluntatem potest paſſio mouere duplicitate juxta doctrinam S. Thomæ: Vno quidem modo secundum abstractionem quandam. Cām enim omnes potentia anima, in vna essentiā anima radicatur, necesse est, quod quando una potentia intenditur in suo actu, altera in suo actu remittatur, vel etiā totalter in suo actu impediatur: tum quia omnis virtus ad plura dispersa sit minor: vnde è contrario, quando intenditur circa unum, minùs potest ad alia dispergitum quia in operibus anima requiritur quadam attingere, quod vehementer applicatur ad unum, non potest alteri vehementer attendere. Et secundum hunc modum per quandam distractionē quando motus appetitus sensuī fortificantur, secundum quancunq; passionem, necesse est, quod remittatur, vel totaliter impediatur motus proprius appetitus rationalis, qui est voluntas.

Alio modo ex parte obiecti voluntatis, quod est bonum ratione apprehensum: Impeditur enim iudicium, & apprehensionis rationis propter vehementem & inordinatam apprehensionem imaginationis, & iudicium virtutis estimativae, ut patet in amentibus. Manifestum est autem quod passionem appetitus sensuī sequitur imaginationis apprehensio, & iudicium estimativa, sicut etiam dispositionem lingua, sequitur iudicium gustus. Vnde videmus quod homines in aliquā passionē existentes, non facile imaginationē avertunt ab his, circa quae afficiuntur. Vnde per consequens iudicium rationis plerumq; sequitur passionem appetitus sensuī; & per consequens motus voluntatis, qui natus est semper sequi iudicium rationis.

Cū ergo per dominium passionum, qui est illo prædictus, comprimat passionū motus inordinatos, non permittit à passione distrahī voluntatem ab eo, quod ordinatè yelle debet, & quicquid immutari circa iudicium de obiecto voluntatis, quācum ipsa paſſio non sit directe voluntatis obiectum. Et hac ratione per dominium passionum, non solum intellectus sed etiam voluntas corroboratur, ut recte suis actibus attendant Domini paſſionum, eoque Diuinę voluntati conforment, ac subiiciant, & iuxta Dei voluntati

Juntatem omnia faciant interne, & exteriū similiter ea, & eo modo per membra exequatur, quae exequi debent. Hinc appetitū per passionū dominium etiam vultus curari voluntatis, quod S. Thomas appellat *vultus malitia*, per quod voluntas destituitur ordine ad bonum. Curatur autem plus, vel minus, prout est maius vel minus passionum dominium. Cū enim hic ordo retardetur, & impeditur quādōque totaliter per vehementiam passionum, cū in domino carum illa non sit, expedit cursum voluntas tenderet in obiectum suum, habens ducem preferentem faciem, in tellectus rectum indicium, (vt supra dictum est) similiter corroboratur.

Decimoquarto Per dominium passionum etiam corporis sensus, & actiones eorum recte ordinantur, & disponuntur, idque variis modis.

Primum enim sensus continentur in officio, ne quicquam voluntarie cupiant percipere, contra rectam rationem, & Dei voluntatem.

Secundo. Si contingat iniurias aliquando obiectum representari repugnans recte rationi, ab illo abhorrent, & non sicut se peritahi ad quidquam dispergētis Deo in visu sensuum.

Tertio quando opus est, & quamdiu opus est vi sensibus, exercent suas sensations sine repellentia, & sine affectu inordinato, oculus legendore res bonas, quarum lectio praescripta est; auris audiendo ea, quae audiri debent; gustus ea gulando quae oblate sunt, deliciora sine affiditate, & mordacitate oblectatione palati. Immodicū aliquos in nostra Societate noui, qui ad hanc gultus mortificationem, & dominium peruerterunt, vt ne quidem appetitum naturalem ferirent magis propendere ad cibos meliores, quam ad deteriores, sed potius ē contrā naturā propensionē non oblitente, magis voluntatis affectu fecerunt erga viliores, quā erga pretiosiores, & exquisite conditos, magisque lapidos: ita corporis naturalibus affectionibus dominante ratione, & passionibus imperante, diuina gratia beneficio.

Quarto, perducuntur quoque à passionum domino ad eum statum sensus; vt non refugiant, sed amplectantur ea obiecta amara, ex Dei amore adhibenda, quae anteā refugiebant, ut sunt eibi viles & insipidi, dura cubatio, amaro asperclus a campis, & hortis, & similibus rebus recreationis, ad quas natura, passiones habens indomitās, vehementer propendit.

Quintū, perducuntur sensus ad eam perfectionem, vt possebam sentiant inclinationem & promptitudinem ad res molestas ob Dei amorem percipiendas, non minorem, quam antē senserint ad res incundas, imò quandoque traiorem, & tam vehementer, vt frēno opus sit. Quod non tantum oritur (etsi principaliter inde oritur) ex virtutum partis superioris excellentia, passionibus tanquam instrumentis ventium ad opera mortificationis externe, sed

verē etiam in ipso appetitu sensitivo (qui est subiectum & origo passionum) relinquitur positiva, & habitualis propensio, & inclinatio sensitiva ad obiecta sensitibilia, quae anteā illi erant validē molesta.

Quod vt Tyrones melius percipient, scire debent, quadruplicem esse in omnibus hominibus adultis inclinationem ad opera virtutum per modum habitus in singulis manentem, hoc est manentem non certo aliquo, & brevissimo tempore, & quasi per modum transiuntis, sed diu quādū virtus in homine manet.

Prima inclinatio est naturalis, in ipsa naturā, à

Deo auctore nature, & amatore virtutis, ei in creatione indita, & à Sanctis, & ab Ethnicis. Philosophis citatis supra à me agnita & commendata.

Secunda inclinatio, ad opera virtutum moralium in nobis oritur ab acquisitis virtutibus per actus vniuersos, seu in similes productos seu elicitos, antē acquisitum passionum dominium: humilitas enim tantum acquiritur per actus humiliatis: Patientia tantum per actus patientia, & si aliae acquiruntur. Et iam prima, quām hæc secunda inclinatio, est etiam in hominibus impiis, & in Ethnicis, quorum actus heroicis moralium virtutum Historici Ethnicī multos descripsérunt, & nūc etiam in quibusdam hereticis eos videmus, vt sunt eleemosynæ, condonationes infiriorum, actus gratitudinis, adorationes diuinæ Maiestatis, &c.

Tertia inclinatio ad opera virtutum oritur ex virtutibus tum insuffisitum acquisitis, in iustificatione, & postea illa in homine iusto durante, & per actus virtutum, præsertim per mortifications (ou quod idem est, per repressiones) insurgent passionum continuare magis ac magis auctis. Singula enim virtutes tam insuffit, quām acquisitæ (infra explicande) inclinant potentias, quibus inherēt, ad opera virtutum.

Cū autem mortificationum actus sunt iijper

quos proprios sensus acquiruntur passionum dominium, & vt loquuntur scholastici, sunt passionum dominium in fieri, id est hæc inchoata inclinatio ad opera virtutum, attribuenda est crescenti passionum dominio, sed multo

magis dum illud acquisitum est, viam dicam.

Quarta inclinatio ad opera virtutum, quartito esse effectum perfeci dominij passionis, est ea, qua oritur à virtutum moralium virtutibus, acquisitis per actus elicitos ab homine, postquam acquisuit passionum dominium, huius enim beneficio, ob sublatas vel faltem immunita impedimenta virtutum, à passionum motibus inordinatis oriri solita, virtutes morales suos actus facilius, promptius, frequenterque elicunt, & eum per eos argenteum virtutum habitus, ac per hos major ac maior semper inclinatio ad opera bona

B b 3 cau-

causetur, id est ea dominio passionum, tanquam eius effectus debet adscribi. Id est S. Ecclesia petit in quadam missa, ut terrenis affectibus mitigari facilius celestia capiamus. Dant enim hanc facilitatem virtutes cum dominio passionum introductae: quia, ut docet S. Thomas, & experientia ostendit, virtutes perficiunt nos ad prosequendum debitum inclinationes naturales.

Sexto. Hoc quoque beneficium sensibus adfert passionum dominium, sive immediate, ut ex obiectis sensibilibus, quae percipiunt (ante solitus motus inordinatos excitare) repente extinentur ad affectus prolixi contrarios, Diuina gratia partim immediate per sua auxilia transiunt, partim mediantibus virtutibus insulis, & acquiritis, utendo ad illos elicendos. **Vidimus,** inquit Ribadeneyra scribens de S. Ignatio nostro, frequenter illum ex tenuissimi rebus, ad Deum, qui in ministris etiam maxima est, ascendens, ex planule frondis, floris, fructu vnius aspectu, ex vermiculis aliquius, aut bestiola consideratione, supra calos astollentem se, & ad ea qua à sensibus remota sunt penetrantem, capientemque è singulis vivissima documenta ad totius informationem vite.

Quia in domino, qui dominium passionum assequi sunt, sive ex auditione peccatorum gravissiorum in confessione sacramentali, sive cantuum laetiorum, quibus quandoque noctu lascivii oberrantes implent plateas, sensibiliter excitantur (Deo mortificationem passionum remuntrante) ad intensissimos actus amoris erga Deum, odij & doloris de peccatis, & ad desiderium Angelicè puritatis, née ullum etiam inuoluntarium sive patiuntur impunitatis affectionem, aut devonoris decrementum. **Vt etiam dum** vident chorae seculares, & similia oblectamenta mundanorum, cum aliquo peccato eorum sanè coniungi solita.

Decimo quinto. Dominium passionum ipsa quoque membra corporis, prout sive à sensibus diversa, recte componit, ordinat, dirigit, ut secundum dictamen recte rationis, & iuxta Dei voluntatem, & prescriptas à Sanctis leges & monitis suis fungantur muneribus, & suas functiones recte obeant, & non resistant rationi imperanti. Et ita S. Thomas ait, ad virtutem non tantum passionum, sed etiam membrorum moderationem spectare: **Sicut,** inquit, viri membra corporis ordinat ad actus exteriores debitos, ita appetitum sensituum ad motus proprios ordinatos. **Masculina** sunt virtutes, inquit S. Ambrosius, **Castitia, Paternia, Temperantia, Prudentia, Fortitudo, Iustitia:** quibus mens nostra & caro ipsa firmatur, & ad omnium simplicem munia virtutis erigitur.

Primo enim ex passionum dominio oritur, ne nullus indecorus motus, vel gestus in corpore appareat, qui merito cuiusquam prudentis & grauius viri offendat aspectum. **Sicut** qui clavis corpori infixos habet, inquit S. Basilios, doloribus premissu non facile agere quidquam posset, sic Dei timo-

re confessus (qualis est quilibet, qui suas confecit mortificationum iaculis rebellis passiones) non oculo vis prater decorum, non manus ad nefarias mouere actiones, non denique parum aliquid, aut magnum agere contra officium poterit.

Secundò, immo vero talen inducit in membris omnibus honesti decoris, & modestiae speciem, ut sapientes extinentur ad quandam pietatis sensum, & spiritualem latitudinem ac difficultatem. **Occusus,** mehercule, inquit Seneca, ipse sapientum iuuat, & est aliquid quod ex magno viro vel ep. 94, tacente proficias: nec tibi facile dixerim quemadmodum profici. Dicere non desinam, inquit S. Chrysostomus, quid non solium doctrina, & admonitio, & consilium, h. in Sal. sed & Sanctorum aspectus, atque vestrum amictus, & calceorum mos multum habet voluptatem, & voluptate. Magnum est hoc beneficium dominij passionum, quod per earum moderationem, & visum, in corporis actionibus, ac membrorum motu, etiam per calceorum aspectum adferat aliis vilitatem, & voluptatem. Eniit hoc mirabiliter in S. P. N. Ignatio, de quo Ludovicus Cösalvus, oculatus testis, sic scribit in diario: **Vna ex rebus** que in nostro Patre plus resplendet, erat dominium passionum internarum, & motuum exteriorum, que edificabat, & conuincebat ad eos, quae cum eo trahantur, ut hoc solo traxerit ad Societatem personas infinges. **Hac ratione** se subiecit Patri, Doctor Michael Torres, comedendo aliquoties Rome cum Patre. Ita traxit Patrem Natalem Madridum, & multos alios sine alia persuasione, tantum modo quem tenebat ad mensam comedendi, & loquendo cum ipsis. **Habuit** enim compositionem, & modestiam diuinam, ut iuratus afferit S. Patris familiaris Ioannes Antonius Vipernius, Episcopus Iuvenacensis in Procesu factio pro eius Canonizatione.

Tertiò præter supra dicta, est subtilior quidam effectus dominij passionum in visu membrorum corporis, quia omnes motus, & gestus, & actiones membrorum exercentur à passionum dominio cum præiua cogitatione suggestere ei causam, cur sic vel alio modo debent hoc vel istud membrum mouere, illoque vt ad ordinarias functiones, & præterea ad fidem supernaturalem tales actiones dirigit, & per ipsos membrorum actus, ex imperio rationis & voluntatis ad finem supernaturalem eleuator. meretur, & supernaturaler Deum glorificat. **Hoc experientur** in se David, cùm dicere: Cor meum (l. 11. ps. 113.) cert anima cum potentia suis) & caro mea (cum suis membris) exultauerunt in Deum viuum: seu, vt 1. q. 10 explicat S. Thomas, ut cor accipiamus pro appetitu intellectivo, carnem autem pro appetitu sensitivo, qui non in anima est, sed in corporis membris, ut omnes Theologi & Philosophi docent. Quamvis enim, & corporis nostri sensus, ac membra, & passiones eius, cùm tantum circa obiectum sensibile versentur, non possint per se, subtileitate se ad Deum colendum, & ad alios actus supernaturales & meritorios, qui versantur circa obiectum

1.2. q. 59.
2.5.

**lib. 1. de
Cain &
Abel. c.
10.**

117.

b. in init.

118.

119.

120.

121.

122.

123.

124.

125.

126.

127.

128.

129.

130.

131.

132.

133.

134.

135.

136.

137.

138.

139.

140.

141.

142.

143.

144.

145.

146.

147.

148.

149.

150.

151.

152.

153.

154.

155.

156.

157.

158.

159.

160.

161.

162.

163.

164.

165.

166.

167.

168.

169.

170.

171.

172.

173.

174.

175.

176.

177.

178.

179.

180.

181.

182.

183.

184.

185.

186.

187.

188.

189.

190.

191.

192.

193.

194.

195.

196.

197.

198.

199.

200.

201.

202.

203.

204.

205.

206.

207.

208.

209.

210.

211.

212.

213.

214.

215.

216.

217.

218.

219.

220.

221.

222.

223.

224.

225.

226.

227.

228.

229.

230.

231.

232.

233.

234.

235.

236.

237.

238.

239.

240.

241.

242.

243.

244.

245.

246.

247.

248.

249.

250.

251.

252.

253.

254.

255.

256.

257.

258.

259.

260.

261.

262.

263.

264.

265.

266.

267.

268.

269.

270.

271.

272.

273.

274.

275.

276.

277.

278.

279.

280.

281.

282.

283.

284.

285.

286.

287.

288.

289.

290.

291.

292.

293.

294.

295.

296.

297.

298.

299.

300.

301.

302.

303.

304.

305.

306.

307.

308.

309.

310.

311.

312.

313.

314.

315.

316.

317.

318.

319.

320.

321.

322.

323.

324.

325.

326.

327.

328.

329.

330.

331.

ieclum spirituale, alius sensibili tanquam sibi proprio possunt tamen per imperium rationis, & voluntatis ob motuum supernaturale ab intellectu homini propositum, & a voluntate voluntatis ordinare actiones sensuum, & membrorum, & passionum ad finem supernaturalem, & sic eas reddere moritias, ac Deo supernatura-

liter placentes, ut cum S. Thoma docent Theologici.

Atque hoc ipsum commendauit Apostolus primis Christiani: *Sue manducatis, sue bibitis*

in fine aliud aliquid facitis, omnia in gloriam Dei facite.

Quod Apostoli monitus S. Chrysostomus appellat *Apostolicam legem.* Quam quidem plane

imitar vita celestis ad miraculorum executus est

S.P.N. Ignatius, quia, ut dicitur in Relationibus

supra citatis S. Romana Rote Auditorum, &

Sicra Congregationis Rituum, expresse de eo

hac verba lunt posita: *Omnes suas cogitationes,*

verba, & opera, in Deum tanquam in finem referebat,

in Deum ordinabat, & ad illius honorem & gloriam

dirigebat. Præterea, ut scribit Maffeius, Ita erat

compatissimus moribus, vi nec manans, vel oculum, mem-

brumne aliquod sine causa & ratione moueret, & in

statu, incessu, accubatione, sessione decorum teneret. Nam

in leporando fuit adeo consideratus & parcus, ut nullum

plane verbum nisi consulito, ac meditato proferet. Et

licet, ut alibi ait S. Thomas, corpus non sit immo-

dium subiectum gratia, ex anima tamen redundat

effectus gratia ad corpus dum in presenti membra no-

nstra exhibemus arma iustitiae Deo, ut habetur Rom. 6.

Ex hoc principio deducunt Theologi cum Sua-

rio, & SS. Patrum authoritate confirmant, San-

ctissimum Eucharistiam non tantum in anima,

sed in corpore eximios relinquere effectus.

Quos Deus noster melius nouit, quam nos ex-

plicare possumus: quorum tamen aliquos indi-

cimus in Opusculo de SS. Eucharistia efficacia ad

spiritualiter profectum. Ideo merito S. Eccleſia-

petit in sacrificio Missæ gratiam à Deo: ut cor-

pori ei famulatur, & mente: ut sacra hostia nostra

Sicutiam Apostoli, Christo vincenti in carne, cognoverunt & crediderunt Christi Diuinatatem, camque confessi sunt, tamen non scierunt eum debere resurgere à mortuis, teste S. Ioanne, id dese, & aliis assertente: Tunc ergo, anquit introuit & ille discipulus qui venerat primum ad monumentum, & vidit, & credidit, nondum enim sciebant Scripturam, quia oportebat eum à mortuis resurgere, quamvis hoc ipsum diserte Christus Dominus eis ante mortem praedixerit. *Eius* hominis tradendus est in manus hominum, & occident eum, & tertia die resurget. Addit S. Marcus: At illi ignor-

rabant verbum, & timebant interrogare eum. Minor autem res est, Christi Domini Resurrectio, quam eius Diuinitas. Angelis reuelata erat & Sancti simus Trinitatis Diuinitas, & substantia Incarnationis Verbi, circumstantia tamen eius, Dion. e. illis diu ignota fuerunt, ut docet S. Dionysius, cap. hier. & S. Thomas, & S. Bernardus, & colligitur a Th. p. q. pertè ex Apostolo, ut notauit S. Hieronymus in Commentariis, & S. Cyrilus citatus a S. Thomas, Opus, t. c. 26. Sic S. Antonius Abbat, ut scribit S. Athanasius, Deus reuelauit quandam è 10. suis p̄c̄ siti mori, ideoque iussit ei lagenam aque deferriri, locum vero eius p̄c̄ siti mortuum, atque quām esset mortuus moritum non reuelauit, unde instantem eius mortem, ut alterius Socij, submissâ aquâ impedit non potuit. Quā occasione, inquit S. Athanasius: Fortasse aliquis querat, cur non antequām alter moteretur, Antonius monuerit: Indigna proorsus Christianis quæstio: quia non Antonij, sed Dei iudicium fuit, qui & in morientem, quam voluit, tentavit tulit, & de scientie reuelare dignatus est. Eodem modo Deus concedens, quandoque majora, non concedit minoria, sicut ei placet.

Plerumq; Omnipotens Deus, inquit S. Gregorius 4. p. p. part. Papa, idcirco aliorum mentes, quamvis ex magna parte perfecti, imperficietas tamen ex paruâ aliquâ parte derelinquit: ut cum miris virtutibus rutilant, imperfectionis sua reddo talescant, & nequaquam se de magnis erigant, dum adhuc contra minima innentes laborant. Quia in re locum habet illud Abbatis Theonae apud Cassianum: Que non per doctrinam, sed per experientiam, cognoscuntur, sicut tradi ab in- cap. 11. experio nequeunt, ita nec mente concipi, vel teneri, nisi ab eo, qui similis studio fuerit atque institutione fundatur.

Décimo septimū Cum passionum dominio soleret esse coniunctum. Dei beneficium tempore somni, nimirum p̄i affectus erga Deum, & diuinam, coniuncti vel cum proprio dictâ oratione seu colloctione cum Deo, vel cum confidatione accurata & ordinata rerum diuinorum ac piarum, vel cum aliis actibus heroicarum virtutum, ut est, Patientia, Humilitas, Odiu[m] sanctum nostrum. Hoc experiuntur passionum domini, & scribitur in vita Sanctorum. B. lib. 1. de Virginem Mariam cum dormire, & corpore Virginib. & mente vigilasse in oratione, scribit S. Ambrosius, De S. Cæsario Arelatenſi Episcopo duo cap. 11. Virgines eius scriptores apud Surium Cyprianus, & cap. 2. Melianus scribunt, cum etiam in somnis orationi vacasse: Deum, inquit Melianus, in corde suo, Auguſti. tui solum in oratione, & in obſervatione, sed etiam in somni secum semper habuit. Denique nos ipsi, vel conserui nostri, qui in cellâ ipsius manserunt, scimus, que diximus illum, inter pauas somni, spiritu semper vigilate dicere tanquam admonens, qui Psalmus diceret Age: Nullus dubium est, quod aut spiritualiter cum Sanctis p̄fallebat, aut certe illud impleuerit Propheticum. Ego dormio, & cor meum vigilat, frequenter etiā

IV. DE HUMANARVM PASSIONVM DOMINIO. 301

in sopore positus, de futuro iudicio, vel de eterno praemio prædicabat.

Fit enim nonnunquam, inquit S. Ioannes Claudio, ut in somnis ex assiduitate exercitij laudabilis Psalmorum meditemur eloquia. Et paulo post ait: Animamque verbum Dei quotidie meditatur sine intermissione, solere, per soporem quoque in eodem morari. Et enim hoc secundum primi propriæ remuneratioem, quæ scilicet Spiritusphantasmata evitantur. Et alio in loco: Qui veraciter amat, nec in somnis potest quietescere, sed tunc quoque eum, quem desiderat, vident, atque cum illo vñā immoratur. Hoc iaculo quidam vulneratum duebat de se ipso: Ego dormio propter necessitatem, & cor meum vigilat per amoris magnitudinem.

Et alibi: Ex Meditatione Divinae legis sine labore, non solum vigilans, uerū etiam dormiens, is qui iam proficit operatur. Dominus enim passionum, exempli gratiæ, si formiet se rem aliquam sibi clara, vel preciosissimum perdidisse, vel viderit esse destruktum, nullum motum prouersus sentit tristitia aut doloris. Item, si occurrat aliqua occasio etiam leuis peccati, aut defectus contra paternitas votum, aut etiam aliam aliquam virutem, non audet illum committere, sed expressè sentit in se remorsum conscientiae, ab illo defecitu eam retrahentis, et si dormiat profundissime. Hoc certissima experientia comprobatur.

De S. Francisco Xauerio scribit Turfellinus: Ne somnu quidem, inquit, vacabat oratione. Quod ipsum etiam de somno Alfonsi Rodriguez Coadjutoris nostri scribitur in eius Vita. Si enim, ut ait S. Basilius, occupatus in iudicio Dei animus, & in assidua rerum honestarum, & Deo placitum meditatione versatus sit, consimilia etiam sine dubio habebit somnia.

Talem autem somnum desiderandum esse docent Sancti. Ideo S. Basilius aliquot in locis monet: Somni ipsi, pietatis exercente meditationes quedam sint. Que enim nobis sopore deprestitæ ac solutæ de peccatis, obuersantur imaginationes, consuerunt nescio quo pacto plurimum contingere, seu extremitus quidam tenor susurri lenis, aut soni editi, idque ex curia, quas tecum agit aueris interdù. Tantisper enim dum vivitur, cuiusmodi fuerint studia, exercitationes, & nostra, istiusmodi necesse sit insomnia, se dormientibus nobis ingerant.

Didicit hoc S. Basilius à Spiritu Sancto: qui Deut. 6.7. optat, ut quis medietur in preceptis Dei, sedens in domo sua, & ambulans in itinere. Dormiens, aquæ consurgens. Tunc enim, ut ipse Deus dixit Iob 33.15. Sancto Iob: Quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo, tunc aperit aures virorum, & eruidens eos instruit disciplinam. Quamvis enim in loco Deuteronomij, possit intelligi tempus præcedens dormitionem, dum homo cubare incipit, tamen quia Spiritus S. intendit omnes pios sensus, qui possunt eliciti esse verbis S. Scripturarum, & docent Theologi tractantes de sensibus Scripturarum, & indicant loca ab Apostolis citata in libris Novi Testamenti desumpta ex veteri

ideò de ipsa quoque dormitione & somno, verba illa Domini possunt propriæ, & in sensu literali accipi, nimirum, ut modo nostro p̄i viuendi, etiam somnia nostra reddamus pia, & circa piarum rerum considerationem occupata, iuxta consilium S. Bernardi: Iturus ad somnum, semper aliquid tecum deser in memoria vel cogitatione, in quo placide obdormias, quod nonnunquam etiam somnum iuuer. Verissimum enim est dictum Aristotelis, ex virtute virtutibus dedita, honesta proficiunt somnia. Meliora sunt, inquit, visa bōnoram quam quorumlibet. Ideo bene S. Hieronymus scriptis: Sanctis, ipse etiam somnus oratio est. Hinc S. Ambrosius, Jacob, inquit, in somno bonus operarius, quoniam plus negotij cum Deo peregit dormiendo, quam vigilando. Quomodo somnus sit oratio, iudicio S. Hieronymi non disputo. Si somnus enim meritior non est, oratio in somno, proprie dicta oratio non est, quia est actus Religionis primaria virtutis. Omnis autem actus virtutis, ut talis sit saltem liber esse debet; libertas autem in somnis ordinariis, ut omnes docent, locum non habet, sine singulari Dei priuilegio, quo dotata sunt fuisse S. V. Mariam magni Authores tradunt.

Et de nostro P. Petro Cottone concionatore Illustri Henrici IV. Galliarum Regis legi Romæ anno 1629, in eius Vita, accommodata mihi à R.P. Stephano Charletto Assistente Provincia rum Galliarum, illum diuino beneficio decem canticis annis ante suam mortem, id assecutum fuisse, ut etiam dormiens vsum liberi arbitrij haberet, ad orandum, & diuina tunc meditanda. Quod ita efficaciter faciebat, ut ex eius dormientis ore frequenter orationes ejaculatoriae bene exaudirentur ab iis, qui in cubiculis ei continuo muro disiunctis habitabant. Magnū est hoc Dei beneficium! Vnde Clemens Alexandrinus ita dormientes ait: Se assimilare Angelis, quos nos ἐγενόμεθ, hoc est, vigilantes vocamus. Vbi significat animam quasi mori, si cesset à meditatione, vivere verò, & aternare, si in continua se meditatione exerceat.

Ad hoc caput spectat consuendo orandi attentè corundem, quam habent, dum non ex negligenti somnolentiā, sed ex morbo, vel indispositione corporis dormire non possunt, etiā ob naturæ necessitatē conentur, sed hoc modo, debilitato per insomnia capite, semi vigilando, semi dormiendo, vel potius dormitudo, tamen pios erga Deum & Diuinam affectus eliciunt, diuturno tempore, & quidem cum sufficiēti attentione, & feroore. Quod omnino certissimum esse indubitate sciō, qua noui tales in nostrâ Societate, qui in se id frequentissime Dei beneficium experientur.

Decimoctauo Dominium passionum conductit ad excellentem orationis perfectionem, & modum triplicem.

Primo Conciliat attentionem in oratione,

Cc ac

ac distractiones arcet. Cū enim, vt docet S. Thomas, & experientia quotidiana, altus contemplationis, seu orationis, impeditur per vehementiam passionum, per quam abstrahitur intentio anima ab intelligibilibus ad sensibilia, & per tumultus exteriorum; dominus passionum, tum refranando passiones, dum in earum dominio proficiebat, tum augendo virtutes morales per actus virtutum, quibus passiones domabat, tollit hęc impedimenta, & attentionem in oratione causat. Virtutes enim morales, vt ibidem S. Doctor addit, impeditur vehementiam passionum, & sedant exteriorum occupationum tumultus: quibus sedatis mens attente oratur.

133. Alter modus, quo attentionem confert passionum dominium, per virtutes morales, traditur à S. Thoma loco citato: Quia sanctinioria, id est munditia, causatur ex virtutibus, que sunt circa passiones impeditentes puritatem rationis. Pax quoque causatur ex iustitia, que est circa operationes, secundum illud Isaie: Opus iustitiae pax, in quantum scilicet ille, qui ab iniuria aliorum abstinet, subtrahit iugorum & tumultuum occasiones: & sic virtutes morales disponunt ad vitam contemplatiuum (quæ sine attentione sublistero non potest) in quantum causant pacem & munditiam, quā prædicti solent valde attente orare, & vel nunquam, vel raro, vel leuiter infestari à distractionibus.

134. Tertius modus concilianda attentionis, in oratione per dominium passionum est, qui cum eo coniuncta solet esse in gradu excelsissimum. **126.** virtus Castitatis (vt supra ostensum est) cum ergo temperantia reprimat concupiscentias, lumen rationis maximè obscurans, vt air S. Thomas ibidem; hinc est, quod virtus Castitatis maxime reddit hominem aptum ad contemplationem, in quantum delectatione venerate (per illam comprehendere) maximè deprimit mentem ad sensibilia, vi Augustinus dicit in libro Soliloquiorum.

Quæ omnia summarie indicat S. Gregorius **15. mor.** Papa: Cūm contemplationis artem aliqui tenere desiderant, prius ēē in campo operis per exercitium probent, ut solliciti siant, si nulla iam mala proximus irrogant; si irrogata à proximis; equanimiter portant; si obiectis temporalibus bonis, nequaquam mens latitū soluitur; si abstracti, non nimis merore sauciatur. Ac deinde perpendant, si cūm ad semetipos introrsus redeunt, in eo quod spiritualia rimantur, nequaquam secum rerum corporalium umbras trahunt, vel fortasse tractas manu discretionis abigunt. Hæc autem bona sunt in passionum domino, per dominium passionum introducta.

Secundū passionum dominium vehementer conductit ad unionem mentis cum Deo actuali, etiam in operibus natura suā valde distractiuis. Quamvis enim, vt ait S. Thomas, impossibile sit aliquem simul occupari circa exteriorum actiones & diuina contemplationi vacare: tamen addic, per illas exteriorum actiones adiuua-

ri contemplationem, quia per eas anima passione componuntur, & ordinantur, & impeditur mordatio interiorum passionum impediens contemplationem. Ideo illi qui dominij passionum iaurum fuerunt, in summis occupationibus mentem habebant Deo unitam actuali eius memoria, & piis erga eum affectibus elicitis tunc feruentem.

De S. Martino Episcopo scribit S. Severus **136.** Sulpicius: Nungam hora villa, vel momentum preterit, quo non aut orationibus incumbet, aut insufficiat vita re lectio. Quanquam & inter legendum, aut si quid aliud forte agebat, nunquam animum ab oratione laxabat. Nimisq; vt fabri ferrarij mos est, qui inter operandum pro quadam laboris leuamine, incudem suam ferunt, ita Martinus etiam dum aliud agere videbatur semper orabat.

De S. Cæsario Episcopo scribit Mesianus in **1. a. c. s.** eius Vitā suprà citatā: Deum in corde suo non solum in oratione, & observatione, sed etiam in conuicio, in itinere, in colloquio, in incessu, in prosperis & aduersis semper habuit. Hoc enim maxime curant, inquit S. Bernardus, spiritualibus exercitationibus dedit, taliter. Ser. ad loco. ut circa exteriora occupare, vt devotionis spiritum non extinguant: unde licet extrinsecus honorabilem exercitium facientur in corpore, intrinsecus tamen resciuntur in mente. Hoc ipse quoque S. Bernardus assecutus fuit: Nam mortificata sensualitate, inquit Author eius vite, cuius seu curiositate, sen in **1. i. vitz.** firmate in hiismodi laborum corporalium distrahit. cap. 4. & tamen, per se, etiam quorūque mentes, sepe necesse est, et si non intentione, certe memoriam & cogitatione ab interiori vmitate spiritus, aliquam pati dissolutionem, ipse prīlegio maioris gratiae, in virtute spiritus simili & torus quoddammodo exterioris laborabat & torus interius Deo vacabat: in altero pascens conscientiā in altero deuotione. Laboris ergo tempore, & intus orabat, seu meditabatur, absq; intermissione exterioris laboris; exterioris laborabat, absq; iacturā interioris suavitatis. Ad orandum, si sō solitudine offerret, recubatur, fin autem, vibescens, ubi in turbā esset, solitudinem cordis ipse sibi efficiens, ubique solus erat. Omnis ei ad meditandum hora breuius locu omnis congruens erat. Talis erat coquus **1. 3. cap. 1.** quidam laudatus a S. Ioanne Climaco, & noster g. 4. Alphonsus Rodriguez, quorum ille in culinā, hic in ianitoris officio per plures decades anorum, mentem cum Deo coniunctam circuferet cum clauibus. Et illi Monachi apud Cassianum, à quibus ita incessanter operatio manus **1. 3. inc. 1.** priuam per cellulas exercebatur, vt Psalmorum quoque vel ceterarum scripturarum meditatio nunquam penitus omitteretur. Qui preces & orationes per singula momenta miscentes, in his officiis, (felicitè precium) que nos statuo tempore celebramus, totum diei tempus absuebant. Similia narrauerat **1. 2. c. 14.**

Atque hoc familiare nostris optabat esse **1. 5. c. 1.** S.P.N. Ignatius teste Ribadeneira, vt Deum in rebus omnibus presentem cernerent, & mentes suas, non in oratione tantum, ad celestia attollerent, sed riuieras res atque actiones angulas in Deum refer-

referent, neque minorem devotionem spiritum in actione quam in ipsa meditatione sentirent. Et hanc quidem orandi consuetudinem assiduam cum iu alius, tum vero in hominibus plie occupatus, tanquam magis experitiam probabat. Nam, ut ait S. Macarius, Hoc adepti sunt sancti Domini, ut velut in specula sedentes, contemplentur deceptio[n]es seculi, ipsique secundum interiorem hominem cum Deo loquuntur, secundum exteriorem vero videntur oculis intuentium, quasi spectatores, qui sunt in hoc mundo.

Tertid, beneficio dominij passionum disponitur quoque earum Dominus ad orationem, quam vita spiritualis Magistri nominant Aſſumum, per quam anima sine multis discursibus intellectus, vel sola Dei ipsius, aut rerum ab eo gestarum, vel beneficiorum collatorum recordatione, aut creaturarum perceptione per sensus quoscumque statim, dum id conatur, in teneros sepe expandit erga Deum, & Diuinam affectus, vel admirationis, vel laudis, vel gratiarum actionis, vel petitionis, aut obsecrationis, vel amoris, & congratulationis, vel odij, & horroris peccatorum propriorum, aut alienorum, vel commiserationis erga afflictos & pauperes, & oppressos, ex puro erga Deum affectu, quia ab eo creati & redempti sunt, amatos, vel alii modis, quos fusē explicat, & bene, P. Iacobus Alvarez.

Addideram hoc in loco decimum nonum effectum dominij passionum, scilicet, diminutionem, vel potius abolitionem, seu non sensum erubescientia quibusdam in rebus. Nam aliqui passionum domini, ac si essent quodammodo instaurati innocentiae, non erubescunt, dum (vel tempore martyrij iussu tyrannorum, vel tempore morbi iussu medicorum) patiuntur iniusti damnationem sui. Non quidem eo modo, quo lascivi & impudentes ac perfidae frontis homines, in ebrietate vel alias, non erubescunt dum denudantur vel se denudant, sed illo, (proportione quadam) quo primi nostri parentes ante peccatum, non erubescerant se esse & videri nudos, ut & Sancti in celo, dum suis vestientur corporibus, nudi non erubescerent, & infantes non erubescerent. Verum quia vii ex Censoribus, seu, ut vocat, Revisoribus huius Opusculi, extra hoc Regnum, ista doctrina seu sententia non placuit, (quamvis Revisoribus aliquot, eximis Theologis ac Professoribus, & ante & post revisionem hanc intermedium externi Censoris placuerit) expunxi illam libenter, non ob rationes & autoritates quas adduxit intermedius huius Opusculi Censor, sed ob solam illius auctoritatem & in gratiam illius. Subito hac vice meum hac in re iudicium, & nunc a me id fuisse scriptum nolo.

Mouerat autem me ad hoc sentiendum & scribendum, primum, certissima experientia magnorum Dei seruorum, quos ad hunc statum peruenisse certe scio: quia per hos annos

mei sacerdotij, fere perpetuo vel Confessarius vel superior in variis Provinciis fui tu nostrorum exterorum, inter quos, pleroque habui, magnis Dei donis valde ratis ornatos, quales (saltet tot) non habuit magnus ille Prelatus meo intermedio Censori notus, qui valde exiguo tempore, & uno tantum in loco, bonis animalibus regendis praefuerat.

Deinde hanc experientiam a me humanam Arist. 1.4. eth. c. 9. & de certiore confirmauit post Aristotelem S. 1.2. c. 7. & Thomas, & alij auctores grauissimum, qui negant 1.3. ad verecundiam propriam esse simpliciter virtutem, Eud. c. 9. sed passionem, & virtuosos a senes, aliquo modo verecundia care, Quocirca sicut passiones, & quidem magis innatae, & natura suâ vehementiores, quam sit verecundia, diminuantur, iudicio S. Augustini & S. Thomae b (quod quis magis in virtutibus progradientur) ita & verecundia circa Pun. 1. aliquam partem sui obiecti vel materie circa Azor. 1.3. c. 16. q. quam versatur, seu excitamenti a quo oritur vel exurgit, seu in minuitur, & tandem, dum Deus Suan. ro. vult, gratia eius beneficio aboletur, & cessat, 4. in 3. p. quoad certos suos actus vel motus, circa aliqua d. 7. obiecta vel excitatione. S. 1. o. 6.

Verecundus enim & pudor, seu erubescencia Dandin. in 3. anim. (de qua hic disputo latè sumptis vocabulis, nam digred. 4. in re idem sunt, etli ratione connatorum dif- p. 1. §. de ferant strictè sumpta verecundia & pudor, ut verec. notat Septalii (scilicet 1.1. problem. q. 32.) erubescencia, inquit, à quinque rebus excitatur: Lalius peccatis, à virtutibus, ab ignominia seu eius me- Perigr. 1. tu, à laudibus & honoribus, & à rebus quibusdam indifferentibus.

Dominum passionum non tollit neque minuit verecundiam occasione peccatorum ortam, immo auget. Et hoc probant Sanctorum & ethniconum sententiae, dum aiunt, verecundiam esse laudabilem vestem, custodem, colorem virtutum, ac matrem honorum operum, praesertim in adolescentibus. Et talem verecundiam circa peccata poscit Ecclesia: Ut, e pudore arcam mutat à peccato, & post patratum peccatum erubescamus, & hac erubescientia disponamur ad preventiam ob coniunctionem peccatum, & ad non committendum nouum. Et non sentire pudorem seu erubescientiam in peccatis, signum est, indurati cordis in malo, & in profundo vitiorum sepulti.

Circa virtutes vero, non erubescunt viri perfecti, ut fuit Apostolus, qui de se scripsit Rom. 1.16. Non erubesco Euangelium, & Timotheum monet 2. Tim. 1.8. Noli erubescere testimonium Domini nostri, neque me vindictum eius: & ibid. vers. 16. Onesiphorus laudat, quia catenam eius non erubuit. Sed imperfecti, & in Dei obsequio tepidi, erubescunt virtutum exercitium, humiliari, confundi, mendicare, & alia virtutum opera publicè exercere. Talium è numero sunt, de quibus Christus dixit, Luc. 9.26. Qui me erubuerit

buerit & meos sermones, hunc Filiu hominis erubescet,
cum venerit in maiestate sua.

Circa ignominiam seu confusione & eius
metum, in dominis passionum verecundia mi-
nuitur, & sapè à viris perfectis non sentitur,
quia quod humiliores sunt, ed minus erubescunt
dum malè & ignominiosè tractantur, & publi-
cè confunduntur, ac ad imitationem Aposto-
rum, Act. 5, 41. vnde gaudentes, quoniam digni ha-
biti sunt pro nomine Iesu consumeliam pati.

Circa laudes & honores, in passionum do-
minis, verecundia viget, quia vehementer eru-
bescunt & confunduntur intus & extra, dum se
honorari vident, aut ab aliis laudari, vel aliquid
in sui commendationem honorificè referri. Ita

Rib. 1, 5.
cap. 3.

S. P. N. Ignatius verecundatus est & expauit, ut vir-
go solet castissima, à viris sola deprehensa, cum eius so-
cius P. Iacobus Leynes eum interrogasset, verumne esse,
illi à Deo Archangelum datum in custodiā & tute-
lam. Idemq[ue] s[ecundu]m se accidit, ut de iis rogatus, que cum
eius laude coniuncta essent, non aliter quam verecun-
diā silentioq[ue] responderet.

Denique circa res indifferentes nonnullas,
vt luntinopinatus aduentus vel ingressus fa-
minarum nobilium & honestarum ad conclu-
sionē casti & pudici hominis: fixus aliquicu
oculorum aspectus in faciem casti & pudici iue-
nis vel senis ab eo agnitus, inuoluntaria & coa-
cta denudatio, & his similia, in multis passionū
dominis contingunt sine erubescentiā, vt su-
p[re] ostensum est.

Dices, Christum D[omi]ni perfectissimum ha-
buerit suarum passionum omnium dominium,
tamen vehementer erubuisse, dum ante flagel-
lationem omnibus exitus vestimentis denu-
datus fuisset, & nudus in cruce penderet: Ergo
catere erubescentiā in denudatione, non est ef-
fectus dominij passionum.

Respondeo, concedendo antecedens, negando
consequentiā. Ita enim Christus D[omi]ni volunta-
ti, imperans passioni verecundia erubuit, sicut
imperando alii suis passionibus, seu, ut ait S. Hieronymus, propassionib[us] timuit, tristitia
est, turbavit semetipsum, infremuit, doluit, ira-
tus est, &c. nimis, ut se verum hominem
Aug. in Psal. 87.
Hier. Bed. ostenderet, quemadmodum scribit S. Augustinus, S. Hieronymus, Beda, Euthymius & Theo-
phylactus, seu, ut se veram carnem humanam
suscepisse demonstraret, ut vult S. Chrysostomus,
Origenes & S. Leo: & ut omnes humanas
molestias nostras, nostra redēptionis & sati-
factiōis causa suscipere. Sicut ergo non ob-
stant alii passionum actus & thorax in Christo,
ab eo voluntarii suo imperio asciti & aduocati,
quod minus dicamus aliquos Dei seruos habui-
se dominum passionum ira, timoris, tristitia,
doloris circa quædam obiecta (ut supr[em]a allatis
exemplis num. 56, 93, 94, 95, ostensum est) ita hec
Christi nudati erubescētia voluntariè ab eo
accēta, non obstat, quod minus dicamus ei quo-

que circa aliqua obiecta Dominos passionum
dominari eam non sentiendo. Sicut enim in re-
bus naturalibus Deus suum prebet concūsum
ad quosdā effectus, ad alios similes non prebet
(vti non prebeat ad combustionē sanctorum Dan. 3,
illorum puerorum, in Babylonica fornace, cu-
ius tamen ignis eodem tempore comburebat
chaldæos) ita in operibus gratiæ, quæ proma-
nent eius beneficium à passionum dominis, non
prebet suum concūsum ad actiones seu mo-
tus passionum circa aliqua obiecta, prebet vero
circa alia prorsus similia. Dominus est, facit id,
quod est placitum in oculis eius, nec illus ei
potest dicere: Domine cur ita procedis iniqua-
liter?

His rationibus motus fui ad afferendum il-
lum decimum nonum dominij passionum effec-
tum, laudatum & probatum ab aliis doctis
Theologis, in mēa prouincia, antequam extra
illam, propriā voluntate, nullā necessitate, milis-
sem reuidendum hoc Opusculum, etiam post
hanc secundam reuisionem, ab aliis æquè do-
ctis & peritis rerum Theologicarum & Asceti-
carum, laudatum & probatum, tum quoad alia
puncta, tum quoad hoc ipsum. Sed, ut supr[em]a di-
xi, subdō meum iudicium, nec volo esse perti-
nax in meo sensu.

Hæc de effectibus dominij passionum suffi-
cient.

Meritò ergo exclaims Abbas Chæmon a. Coll. 11,
pud Cassianum: Magna verè, atque mirifica sunt, cap. 11.
nec vlti hominum penitus, nisi his tantum, qui experi-
sum, nota, que Dominus fidelibus suis, adhuc in isto cor-
ruptionis vasculo constitutis, ineffabiliter libera-
litate. Quis enim in se opera Domini non miretur,
cum insatiablem mentis ingluientem, & sumptuosa-
gula perniciosemq[ue] luxuriam, ita in se viderit compre-
fendit, ut vix ipsum exiguum ac vilissimum cibum raro-
inutusq[ue] percipiat! Quis non obstupescat opera Dei,
cum illum ignem libidini, quem naturalem antea, &
velut inextinguibilem esse credebat, ita refrixisse per-
fenserit, ut ne simplici quidem corporis motu sentiat
incitari! Quomodo non virtutem Domini contremiscat
quisque cum homines quondam diros atque truculen-
tos, qui ad summum iracundia furorem, etiam blan-
disimus subditorum irritabantur obsequiis, ad tantam
transfisi viderit lenitatem, ut non solim nulla iam
commoneantur iniurias, sed etiam cum illata fuerint,
summa magnanimitate congaudeant &c. Ita sunt
prodigia que posuit super terram, que Propheta conser-
derans, ad admirationem eorum cunctos populos aduo-
cat, dicens: Venite, & videite opera Dei, que posuit pro-
digia super terram, auferens bella, usque ad finem terra
&c. Ut prætermittam illas semotas atque absconditas
dispensationes Dei, quas intra se peculiariter exerceri
mens Sanctorum omnium momentis singulis inueniuntur,
illam ictus infusionem letitia spiritualis, quā die-
tus animus insperati gaudij alacritate festollatur ad
illos ignitos cordis excessus, & tam ineffabilia, quā
inaudita solatia gaudiorum, quibus non nunquam
ignorat.

IV. DE HUMANARVM PASSIONVM DOMINIO.

305

ignauissimo stupore torpentes, ad orationem feruentissimam, velut de somno profundiissimo suscitamur.
decas. Sed, ut ait B. Laurentius Iustinianus, Carnis
con. 1^o prudentia, quia sunt imbuti rapidi, Discoli, & impa-
col. 1^o perfecti magnalia Dei metitur humano modo, & sa-
da Spiritus secundum carnem iudicat. Quod capit ra-
tione, credit, impugnat autem, quod intelligere negatur.
Ignorat enim Diuina longè ab humano distare, nec in-
igo pure fidei valer colla submittere. Adueratur simplici-
tati, quia mater est interna dulcedens. Aliis credere
1 Cor. non potest propter sua tunorem superbia. Nam anima-
li homo non percipit ea, que Dei sunt: & vt ait S.
Gregorius Nazianzenus, Et sere, ut quod quisquam
et funeb. sequi non posse, id ob inuidiam, (vel alium queri-
in laudem animi affectum) ne credibile videtur.
Patris.

Pot explicatum passionum dominum præ-
monendus est virtutis studiosus, ne putet ver-
rum esse vniuersaliter, id quod scriptit S. Dia-
dochus: Posteaquam vniuersas ferè passiones homo
Dei vicerit, duos remanere demones luctantes cum eo:
quorum una quidem turbas faciat anima, dum ita
cam ab amore Dei ad importunum zelum traducit, ut
nullum alium atque se Deo placere velit: alter verò
corpori, dum illud ad desiderium rei venerata incendij
cunctam operatione moveat. Hoc enim non solum
dominis passionum non accidere suprà exemplis
allatis ostendit, sed ne quidem multis corū,
qui diu in virtutis stadio feruentur currunt, et
iam non sint asecuti perfectum passionum
dominium, quotidiana experientia ostendit.
Tantum ergo vult dicere S. Diadochus, etiam
aliquos (non omnes) dominio passionū à Deo
ornatos, pati aliquando has duas tentationes,
quod verisimum est, ut exemplis allatis often-
dam in Opusculo de indicis & gradibus pro-
fectus.

CAPV DECIMVM QVINTVM,

Quibus modis ex parte Dei, serui Dei effe-
quentur tale passionum dominium, qua-
le de scriptis?

R Epondeo. Diuinæ gratiae beneficio illud eos
assequi non tamē omnibus uno eodem
modo eam communicari. Iuxta communem
1. de obd. viuendi cursum, inquit B. Laurentius Iustinianus,
ep. 17. aditari perhibemus, seruatā semper gloriā aeterna
Majestatis, qua per Spiritum suum quando vult, absē-
morā aliquā. Sapientia scientiaque sermonem, lingua-
rum gratiam, interpretationes facrorum eloquiorum,
discretionemque spirituum imperit. Viros signi-
dem, quos ad perfectionis fastigium, atque singularem
sanctitatis prerogatiuam eligere dignatur, abundan-
ter spiritualibus replet donis, multiplici perfundi gra-
tiā caelestis, decorat sapientiā, & laudabilis conuersatio-
ne sanctificat. Ceteros verò sibi famulantes permittit
per incrementa proficere, & paulatim virtutum
actibus non sine labore insigniri. Eodem modo, quā-

tum potui ex Historiis Ecclesiasticis colligere,
tribus modis solet Deus hoc seruis suis electis
largiri in passiones dominum.

Quibusdam sine villâ protus ex parte eo-
rum preciū dispositione, etiam supernatura-
li. Quibus enim, inquit B. Laurentius Iustinia-
nus, largiuā manu sua communicare, atque am-
plissima vult retribuire dona, repente, & sine pro-
gressu id perficit. Quod in iis tantum contin-
git, quos Deus ab ipso vita, vel vsus rationis
exordio, repente euehit ad eximiam sanctitatem,
eamque tali passionum dominio, & admirandi aliis, ac valde raris suis donis locu-
pleteat. Horum è numero, & vt omittam alios
Sanctos minùs notos, fuit S. Ioannes Baptista, & S. Hieremias, ab utero adhuc sanctifi-
cati priusquam nati. Huc reuocari potest in
gradu inferiore, S. Catharina Senensis, &
noster B. Aloysius Gonzaga, ac B. Stanislaus Kostka, qui vix usum rationis inchoato, san-
ctissime vivere, & rarissimis Dei donis splen-
dere cœperant, ut constat ex Vitis eorum des-
criptis.

Alius verò hoc passionum dominium Diu-
na liberalitas concedit, per, & post multos he-
roicos actus virtutum editos, fideliter coope-
rante eorum libero arbitrio spiritualibus Di-
uinæ gratiæ, eos excitantis & adiuvantis, au-
xiliis, sine quibus nihil potest sperari ab ul-
lo. Quamvis enim Deo omnia suppeti posse, cum S. in festo
vult, inquit B. Laurentius Iustinianus, rarissi-
mè tamen in spirituali disciplinâ, & perfectione vir-
tutum quempiam consummatum effectit, sine diutur-
nâ, laboriosaque exercitatione. Hoc norunt, qui Christo
in spiritu militant. Hinc tam pauci perseverant
in studio, pauciores pertingunt ad palmam. Et hic
modus est ordinarius, quo Deus euehit ali-
quos seruos, ex massa, & vulgo hominum educi-
ens, & collocans cum principibus populi sui,
scilicet cum personis ad altissimam vita perfe-
ctionem à se euectis. Ita remuneratur diuina, laboriosa, & heroicæ, ac perfecta suorum seruo-
rum obsequia sibi præstita. Quorum utrumque
pulchre describit sic S. Macarius: Anima, quam hom. 15.
Christie sponsus caelestis, sibi desponsans in societatem
suam mysticam, ac dinam, quæ gustauit opes caelestes,
diligenter & ingenuè placere debet Sponso suo Christo,
ac ministerium fibi creditum decenter ac conne-
cienter implere: nempe Deo placens per omnia, & Spi-
ritum in nullo contristans, preclarum erga illum tem-
perantiam & dilectionem sicut oportet, conservans, in
domo Regis caelestis rectè conuersans, quacunque potest
benevolentia datam, gratiam amplexa. Eiusmodi ani-
ma omnium honorum Christi Domina constituitur:
corpus verò illius, præclarum Diuinitatis illius habita-
culum.

Quid mirum ergo si, qui tales sunt, & anima
plena eximiis virtutibus ornata habeant, &
corpus edomitis passionibus, ac dominio talis
animæ plenè subiectis, tranquillum circuferant.

Cc 3 ter-

Tertius modus quo quandoque solet Deus, passionum dominium, & non minus difficiles ac raras tribuere virtutes, est aliquis actus valde rarus, valde heroicus, & spectata siue etatis, siue temporis, siue aliarum circumstantiarum conditione, valde difficilis, ab aliquo patratus, per auxilium speciale efficacis gratiae. Diuina. Tali enim actu mouetur Deus quandoque iuxta dictum beneficium suum, nullâ lege coactus, ad remunerandum, eriam in hac vita tam heroicum facinus, concessione talis aliquius doni, quali suos Heroes exornare, suamque Ecclesiam illustrare solet. Et hac ratione, ut in S.

140.
epist. ad
Gallos.
cap. 12.
Sess. 6. c.
16.
S. 9. in Ps.
90.

Philip. 2.
Vitæ eorum.

Cælestinus Papa, & ex eo Concilium Tridentinum, nostra vult esse merita, que sunt ipsius dona, & sua dona in nobis coronat. Bona enim, inquit S. Bernardus, non magis propter eum constat fieri, sed per eum. Deus enim est qui operatur in eis, & vellet & perficeret pro bona voluntate. Ipsi ergo auctori, ipse remuneratur opere, ipse remuneratio tota. Hoc modo S. Thoma Aquinatus tribuit eximium Angelicæ castitatis donum in flore eius adolescentia, postquam beatus iuuenis mulierem, ad labefactandam eius constantiam introductam, arresto titione fugauit. Sic S. Ioannem Gualbertum, ob condonatum generosum ac prompto animo grauissimam iniuriam cuidam, euxit repente ad eximiam sanctitatem. Et hac ratione etiam Sancto Fundatori ac Parenti nostro, primo conversionis anno, largitus est & dominum perfectissima castitatis, & plenissimam victoriæ omnis vanitatis, & gloria manus, & dominum altissimum contemplationis, ac perfectum dominium in suarum passionum. Quia cooperando strenue diuinæ gratiae, & incredibili seruore exequendo ea omnia, quæ Deo placitura credebat, vim sibi statim summam intulit, seque ac terrena omnia perfecte, ipso vitæ siue melioris initio, contempserit. Non est enim, inquit S. Ambrosius, seru ad remunerandum Dominum, & cito promittit, & multa largitur: ne infirmos animos per dilatationem aliquam, subeat paupertas contemptissime presencia: & velut quadam visuaria largitatem compensat, ut uberiora restituat ei, qui captus non fuerat oblatione praestitum. Quod si, ut in S. Chrysostomus, omnia facit, & satagit, ut ex ministris nos coronet: Et vel alibi dicit: In more habet dare magna pro parvissim: quanto magis heroicæ facinora, raris & admirandis virtutum eximiarum stipendiis ac donis, compensat, solitus, ut idem S. cestatur, datis suis etiam petitiones nostras multo excessu superare. Quod experientur, qui ei fidéliter diu seruunt, recipientes diuinitus tam rara dona cœlestia, quæ ne quidem unquam ausi fuissent petere.

141.
L. de A-
brah. c. 3.

142.
h. 3. ad
pop.
h. 42. in
Genes.

143.
h. 28. ad
pop.

CARVT DECIMVM SEXTVM.

Quibus mediis à Deo adhibitis homines se disponunt ad acquirendā Dei dona, & per supradicta media ac dispositiones, se dignos reddunt, quibus Deus earum inuitu, largiatur passionum dominium, vel alias valde raras, & eximias virtutes, & ut acquisitione domino, & virtutibus aliis, bene illis utantur, tam in oblatis vtrō occasionibus, quam in quæstis ab iis.

144.
R. Espōndo duplicita media. Dominum Deum
nostrum adhibere ad suptadieta; alia interna sunt, alia externa.

Media interna sunt triplicia: Primo, sunt habitus virtutum, cum Theologicum, tum mortuum, per quartum actus ipsi habitus augentur. Secundo sunt septem dona Spiritus sancti, omnibus iustis communia, quæ faciunt, ut iusti proprieatatem Spiritus sancti instinctibus obedient, & actus virtutum elicant. Tertiò sunt auxilia transiunt, non semper in homine permanentia, quæ consistunt in tripli motione gratiae eius efficacis, quam post S. Augustinum idem Aug. 1. de docentem, sic p[ro]p[ter]e, & pulchre declarat. S. Bernardus: Deus tria hac. hoc est, bonum cogitare, velle, & perficere, operari in nobis. Primum sine nobis; secundum nobiscum; tertium, per nos facit. Siquidem immutando bonam cogitationem nos præuenit: (& hec lib. ab. cogitatio à Deo immissa, ante nostrum liberum consensum, à Theologis appellatur gratia præueniens, & excitans) immutando voluntatem, (hic cogitatione illustratam, quæ cognoscit viuo quodam modo id, quod vel vitare, vel facere debet) sibi per consensum ungit: Ministrando & confessu voluntatem, vel facultatem foris per apertum opus nostrum, internus artifex per has internas nostri intellectus, & voluntatis, & potentiarum exequitoriarum, motiones, scilicet gratiam præuenientem nos excitantem, & adiuuantem, seu comitantem) nos præuenit. Et infra: Cum ergo hec insufflabiliter intra nos, ac nobiscum adiutori sentimus, sibi gratia attribuamus. Ipsa liberum excitat arbitrium, cum seminat cogitatum (scilicet piam illum cogitationem, cui nos facit assentiri, & per quam deinde mouetur voluntas, ut velit bonum aliquod eligere, vel malum fugere) sanat, cum mutat affectum (illum auerto a malo, quod amabat, vel convertendo ad desiderandum bonum, & exequendum, quod non amabat) roborat, cum perducit ad actum, (scilicet ad executionem boni operis), pro quâ immiserat bonam cogitationem, & inclinauerat voluntatem Nemo enim quidquam facit, ad quod faciendum non præcesserit voluntas, id faciendi, seu exequendi, quod sibi per cogitationem fuc-

rat

rat propositum, tanquam per quandam internam vocem diuinam, & iusacionem gratiae efficacis.

Et infra: Deus ista cum libero arbitrio operatur, ut tanum in primo illud preueniat, in ceteris comittetur: ad hoc virque preueniens, ut iam sibi deinceps cooperentur. (scilicet exequitio voluntati: voluntas, p[er] illi suasioni per cogitationem diuinitatis immisam, mouenti voluntatem, ut velit exequi id: quod ei Deus dicit exequendum voce illa p[ro] cogitationis.) Explicitans autem, quomodo intellectus, & voluntas nostra, a gratia efficaci mota operentur; addit: Ita tamen, quod id, quod a sola gratia (scilicet preueniente liberum hominis consensum, seu excitante) ceptum est (sine nobis adhuc libere cooperantibus) pariter ab vita que perficitur, ut mixtum, non sigillatum simul, non rigidum (id est non per vices, & quasi successione) per singulos protectus (id est actus a gratia in nobis causatos) operentur. Nam partim gratia, partim liberum arbitrium, sed totum singulare (id est, tam gratia, quam liberum arbitrium) opere induitudo peragunt. Totum quidem hoc, (scilicet liberum arbitrium) & totum illa: (scilicet gratia) sed ut totum in illo, (exequente id quod inspiravit, & causavit prior gratia) sic totum ex illa, scilicet gratia, quae inducit hominem ad interna, & externa opera, a libero arbitrio facienda, & perficienda.

Hinc agnoscunt, quantum sit est, Tirones in Theologicis studiis non versati; quomodo Deus nos faciat per internas sue gratiae motiones, ob Christi Domini merita, nobis immisias, exercere actus virtutum meritioris, gratia, & gloria, & quorum intuitu concedit suis dilectis dona virtutum validè excellentia, per quia suam imaginem, ad quam nos creauit, valde illustrat, & ornat, sibiique reddit simillimos. Deus, inquit S. Leo, ad imaginem suam nos reparat; & ut in nobis formam (scilicet similitudinem) sue bonitatis (hoc est, laudacione) inueniat, dat, unde ipsi quoque, quod operatur, operemur. At quomodo id facit?

145. Responde: Accendens scilicet mentium nostrarum lucernas (per piatim cogitationum à se immisias suasiones) & igne nos sua charitatis inflammas: (accendendo nimirum voluntatem nostram, ad consensum, & exequitionem rei, per piatim cogitationem, à Deo per illam quasi loquente propositae) ut non solam ipsum, (scilicet Deum) sed etiam quidquid diligit, diligamus: hoc est, vitemus & fugiamus peccata, & imperfectiones, & faciamus bona: quia Deus diligit, fugam malorum, & amore in executionem honorū: quia Spiritus sanctus nos præmonuit, ut declinemus a malo, & faciamus bonum: & ut emulem[us]ur charismata meliora: & ut simus imitatores Christi, & Dei.

147. Quoniam vero nil homo exequitur, nisi precedat voluntas exequendi, & nil est voluntum, ut loquuntur Philosophi, quod non est præcognitum, quia (ut ait S. Augustinus) Inuisi diligi possunt, incognita nequaquam. Et, ut dicit S. Gregorius

Nemo potest diligere, quod prius ignorat; quanquam S. Th. 1. 2. potest aliquid perfecte amari, quod non perfecte cognos. 9. 3. a. 4. ad 4. & q. 27. citur, ut dicit S. Thomas (nimis) quia charitas 2. 2. & 4. perfectior fide, magis eleuat voluntatem, cui ad 1. inhaeret, quam fides, & donum sapientiae in Aug. 1. 10. tellectum, cui inest. Ideo Deus volens aliquos Trin. c. 1. euhore ad magnam perfectionem, & acquisitionem extirpationem donorum, per cooperatio- Gr. h. 36. 1. 2. q. 27. nem ad illa, valde illustrat intellectum per pias 2. 2. ad 2. cogitationes à se immisias, cum ordinariis mo- & 2. 2. q. dis per considerationes ac meditationes pias, 2. 7. a. 4. ad bene à nobis peractas, tum extraordinariis illustrationibus, per quas voluntatem nostram ex se cœcam, inflammat ad exercitium virtutum internarum, & externarum: voluntas vero illuminata, virtutis passionibus ad exercitium virtutum. Sunt enim in nobis gemini motus, inquit S. I. Offic. Ambrosius, alter cogitationum, alter appetitus, non cap. 21. confusi, sed discorsi & dispare: Cognitiones verum exquirere. & quasi emolare munera habens, appetitus ad aliquid impellit agendum, atque excitat. Ad utrumque autem necessaria est gratia Dei, ad bonum nos excitans, & in eo iuvans.

Ideo S. Macarius gratiam Dei comparat homini illuminanti, & igne calcantem, aitque, semper esse eam splendentem & ardenter. Hinc S. Augustinus dixit: Cum à Deo illius admotorum deprecamur lib. 2. de pec. mer. ad faciendam perficiendamque inflationem, quid alia & rem. c. deprecamur, quam re aperiatur, quod latebat (intellege 19. 148. & cum illustrando) & suave faciat (voluntati) quod non daleat ab eo. Exequitur enim voluntas, quæ eius suauitas, et si sunt difficultas. Habet enim, ut ait S. I. de ie. S. Leo, spirituale, quo manutinet Deum auxilium, quia mens. sicut illi manuam deest, unde corrumpit, ita semper praefatio est, unde substat. Prolongatime hoc, & practice explicat B. Laurentius Iustianianus: Rationalis natura vis ab incarnatione Sapientia eruditur in omni re de casto conn. e. 8. gula veritatis, ex ipso magisterio de morum probitate, de iudicio equitatis, de gubernatione rei familiaris, de cognitione sui, de scientia naturalium, de spirituali discretione de contemplatione celestium, de illuminatione Divinitatis habet notitiam. Ipsa siquidem verbis instrumentum est, templum est, sedes, & exemplar. Ipse est gubernaculum actionum, index rerum, & pedissequa sapientia scilicet Divina. Rationalis vero vis versus ibi illustrata splendore solum Deum diligendum, querendum, & possidendum est, ratiocinando concludit, & concupiscentia (id est voluntati) proponit. Vbi ratio non perueritur, & voluntas non repugnat, ibi naturalis decor eluet, & Deus pura diligentur charitate. Si duo hi consenserunt in Spiritu unitate, quidquid persierint, fieri illis à Patre. Altero ipsis autem à suo naturali tra-

mite deuantib[us], non potest haberis pax. Vbi hec coniungunt, ibi nil difficile. Concupiscentia autem in amore mox summi boni accensa, quā valet virtute nimirum ed frui. Hinc exsuffans vis nascitur amoris. Quo namque plus diligit, & diligendi ardor magis accendit. Sicque de ipso nutritur amor, dum amor amorem acuit, amore perficitur, amando crescit, & perficitur. Ut vero totus eidem imberat, cum virtus lucet, aggreditur. Quamobrem

irascibilem vim anime in suum excitat adiutorium, tanquam sibi natura vinculo copulatam. Hac de sua ingenitâ dignitate nefis vitiis cedera; nullus patitur babere dominium, soli Deo se subiicit, carnis insolentiam, & sensualitatem (in qua sunt omnes palios, petulantiam sub rationis redigit imperium, virtutes naturalium (sed adiuta a gratia naturam elevante) apparet. Isle nempe faniculus triplex est, qui difficile rumpitur, si in sua naturalis maneat dignitas. Non aduersis frangitur, non tormentis flectitur, non minus vincitur, non blanditiis seducitur, non corruptitur, non ipsa omnium terribilissima morte superatur. Ecce cap. 4. col. 3. Lux est & Amor, Veritas: lux vt rationem informer, Amor, vt affectum exciteat: Lux, re notitiam praebet veritatis: Amor vt charitatem infundat gustum.

His ergo modis, internis Deus, seruos excitat, &c. adiuuat, ut elecant actus heroicos, & per illos, tanquam per effectus sua diuinæ, & supernaturalis gratia, frequentatos, ad maiora Dei dona capienda se disponant, & tandem illas, tunc, quando ei placet, allequantes, sine post vnum aliquem actum heroicum, sine post multos, iuxta mensuram fauoris, quo aliquem prosequitur ex mero helenplacito. Diuina sua voluntatis.

Alia media, qua Deus adhibet exterius ad superdicta, sunt multiplex extrinseca protectio, & custodia sibi charorum, orta ex benevolia Dei erga illos providentia, per quam ita eos dirigit, ne illis occurrant obiecta tentationum, excitantia motus inordinatos passionum: & dum occurrent sensibus, vel imaginationi, denegat suum concursum ad actiones inordinatas, sine quo Dei concursu, nil possunt creature nobis contraria nocere: eo ferè modo, quo Sanctis illis pueris ignis Babylonicus nil nocuit, quia Deus non concurrerat cum igne ad calefacienda, & postea comburenda eorum corpora: quomodo & S. Catharinæ Benenisi, aliquot horis iacenti supra carbones ardentes, & S. Francisco Paulano, ignis clementia fornicata, quam intrauerat, nihil nocuit. Et hoc modo quoque (præter plenitudinem virtutum eximiarum) graues Theologi docent, Suarez, & Valentia, adiutam fuisse B. Virginem, ne inquam peccaret, ob defectum occasionum alligacionis ad peccatum, & custodium eius in illis, sed frequenter & efficacius id præstare Dens sibi charis, impediendo (etsi obiecta apta occurrant incitativa ad peccatum) imaginationes, & cogitationes peccatorum, sine quibus nunquam possumunt obiecta mala nocere, & incitare hominem ad offenditam Dei.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

*Quæ media ex parte nostrâ conducunt, ut
cito acquiramus dominium passionum,
& Virtutes in gradu valde alto?*

Respondeo, et si in modis & in mediis, quibus
vixit diuina Maiestas, ad dona eius ex-
mia acquirenda, includantur ea quæ ex parte
nostrâ requiruntur; tamen ad clarissimum huius
rei notitiam tironum vita spiritualis traden-
dam, commemorabo aliqua particularia me-
dia, ex parte nostrâ, quibus adhibitis, valde utili-
ter cooperabimur auxiliis Diuinæ gratiæ, hoc
ipsum nobis conferentibus.

Imprimis, cum per actus virtutum augeantur habitus, etiam per remissos, ut docent Soto, Henricus, Durandus, Maior, Palatus, Richardus, Gabriel, Valentia, Suarez, Vasquez, Tanner; multo autem magis, si sine actus valde inten-
dit; & cum inter effectus virtutum moralium sit unus, perficiere nos ad prosequendum debito modo inclinationes naturales, & trahere, ac domare passiones, easque moderari, & recte ratione subdere, ut cum S. & q. 41. Thoma omnes Theologi docent constanter, id est suavis operandi modus Divinæ prouiditiae, concedit ordinatiè dominium passionum illis seruis suis, qui cum sint valde in obsequio diuino ferentes, & sine illâ tepiditate Deo serviant, elicunt etiam actus omnes virtutum valde intensos, ideoque citè acquirunt valde intensos habitus virtutum, ac proinde citè suo subdunt dominio rebelles passiones.

Hoc modo peruenisse S. Ioannem Climacum ad passionum dominium, scribit Daniel monachus in eius vita: *Quadragesima*, inquit, *anno summa animi magnanimitate, & alacritate transegit ardentinum amore, ac Diuine Charitatem igitur semper astuam &c. Solicitudine, & raro hominum congressu luxuriam adeo extinxit, ut omnino obstructa sedaretur, nullaque molestias irrogaret. Cupiditatem verd (quam idolorum reverentiam). Apostolus esse definiuit) misericordia Dei, rerumque exiguitate fortissime superauit. Acediam verò animique desidiam, mortis memoriam, iugisque pietatis exercitatione dehinc auit. Cumque nullius mortalibus rei affectione teneretur, aeternumque solum sensu paucaret, noxia tristitia liber enasit. Iracundia verò tyrannidem in se ipso per obedientia gladium occidat. Raro praterea congressu corporis, rariorique risu sermonis, manu glorie sanguinem mortificauit. Quocirca expertus in se S. Ioannes Climacus, sic hac de te scriptum reliquit: *Qui fortiter pugnant, tranquillitatem etiam & pacum coronis donandi sunt. Tranquillitas autem est immediatus effectus dominij passionum. Et subdit: Initium quietis est, strepitus omnes, ut qui fundum anime perturbant, amouere: finis vero, tumultus non metuere, sed inter eos sine rivo eorum fessu durare.**

Hoc significare voluit S. Catharina Senensis per executionem doctrinæ diuinæ, quæ appetet in actionibus virtutum frequentatis: Postquam, inquit, peruenimus ad etatem discretionis, fortificamur in doctrinâ tuâ: quia homo, qui sequitur illam in veritate, induendo se ipsâ perfectè (hoc est, perfectè exercendo actus heroicis virtutum) in tantum efficietur fortis, & aptus ad bene operandum, quod fieri possit ab eo rebellio carnis contra spiritum: (hoc autem præstat dominium passionum) quia anima illa perfecte est unita in doctrinâ tuâ, & corpus unum est in animâ. & ideo vult sequi affectum animæ: quapropter ea que prius confuserunt ipsum delectare, scilicet scelerâ mundi, tunc totaliter displicent: similius etiam ea, que sibi difficultas videbatur & aspera, videbunt sequi virtutes, modò dulcia & delectabilia sunt eidem. Et infra: Homo qui novit cum lumine fortitudinem tuam, dicit à debilitate sua, quod lumen non adipiscitur, nisi assumunt odium contra propriam sensibilitatem, & potius amittitur naturale (hoc est, naturalis rebellio passionum, & fomitis, sicut illud amiserat S. Catharina Senensis, ut supra ostensum est numero 63.) O dulcissime sanguis, tu fortificas animam, tu illuminas ipsam; in te efficitur ANGELICA (qua Angelî nō habet rebellis passiones) tu in tantum obumbras eam charitate tuâ (qua sibi est ex quo emanant auxilia gratiae, ad eliciendos actus heroicis virtutum) quod penitus obliuiscitur sui, & nihil aliud quam te potest vide-re, propter quod etiam fragilitas carnis sentit odorem virtutum, ita quod simul corpus & anima post acquisitionem passionum dominium solummodo hoc contingit) clamare videntur ad te in quolibet exercitu: & hoc dum sanctum desiderium permanet & augetur. Alioqui si te perecerit desiderium, subiud sancetur rebellio magis viua, quam prius.

Merito igitur B. Laurentius Iustinianus ait: Ab angelis honorandus est ille, qui diuina charitatis flamma (hæc est feruor in operando) successus, infatigabiliter innatas concupiscentias, & adulta virtus, vigore mediante virtutum esse eradicare conatur, atque terram sui viriusque hominis ad pristinam originalis puritatis reformatre decorum. Huiusmodi plurimum amatur a Christo, qui innocentia author, & puritatis semper amator extitit. Reddit enim omni celesti curie odorem mirificum innocentia baptisitatis puritas, sed per amplius spiritualis exercitationis acquisitione sudore. Quærendum est ergo, etiam sudore in exercitio virtutum, passionum dominium, & accessus ad originalem Iustitiam quam fieri potest propinquissimus.

Debellatis vero passionibus viri Dei, illis deinde, tanquam instrumentis quibusdam vtun-tur ad exercitium virtutum. Quocirca teste Cicero Peripateticus laudabat iracundiam, desebantque viliter à naturâ darâ. Et S. Basilius appellat eam, nervum animi. S. Isidorus Pelusiota ait eam à Creatore anime opitularitem adhiberi, vt corporis ignauiam, ac mollitatem corroboret: Et alibi, Rationis imperio tanquam satellitem adiungendam

moneat Alphium Episcopum. Et Nemcius iram ap-^{l. de nae.} pellavit Satellitum rationis. Et Aristoteles passio-nem iræ excitatam per virtutem fortitudinis adiuuare ad actum eius fortius exequendum. Int. i. de ira

^{h.c. 21.} quam rem multa differit Seneca l. 2. de ira ca. 15. cap. 6. ^{l. 4. eth.} Et alibi quidam apud illum benè dixerunt: Extollit animos, & incitat, nec quidquam sine illâ magnificum in bello Fortitudo gerit, nisi hinc flamma sub-dita est, & hic stimulus peragittat, misticusque in peri-cula audaces.

Quæ postea Seneca esti c. 9. & 10. conetur refutare, irrito conatu id facit, quia ipsa experien-tia omnes docet, ex irâ, moderata præscriptio rationis, multum vigorem accedere rebus præclarè gerendis. Mirum autem nō est Senecam, ut Stoicum, non benè de omnibus passionibus sentientem, ita quoque passionem impetrare, tanquam viro sapienti inconvenientem suo iudicio.

Et S. Chrysostomus, Non frustra, inquit, ira. ^{Set. 6. de} cundie affectum nobis prouidit Creator inseruit, sed laud. Paul. vt dormientes animas atque resolutas, ab inertiâ, & ^{l. 1.} desidâ suscitaret. Quasi enim gladio aciem, ita mentis nostra ira acumen imposuit, vt eo cum oportet, vitetur. Propterea igitur & Paulus hoc sepè vsus est affectu, & modestè loquentibus erat melior iuratus, cum tempore omnia faciens opportuno, pro lucro & commodo praedicandi. Neque enim simpliciter lenitas semper est bona, sed cum illam tempus efflagitat, quando vero id non adest, etiam ista virtuosa est. Non parum, inquit S. & relurr. Gregorius Nyssenus, virtute præditâ à passionibus afferri videtur ad bonum adiumentum. Nam & Dameli laudi cupiditas erat; & Phineas ira Deum placauit. & iniuriam sapientia timorem esse didicimus, & verum aduersarum, atque asperarum contemptum, Euangelium nobis prescribit, & non expauscere ad res terribiles, & casus aduersos, nil est aliud, quam audacie præscriptio, qua audacia in nobis à Sapientia connumeratur.

Et S. P. N. Ignatius P. Oliverio Manarae tūc Rectori Collegij Romani, motus iræ in se incusanti, respondit (quod ab ipsome P. Oliverio accepi) iram esse moderandam, & sine illâ, cum ratio-ne adibitâ nihil egregij posse prestat. Quamvis atten-tem ira, vt ait S. Diadocius, plus quam alie passio-^{cap. 62.} nes perturbare & confundere animam soleat, aliquando vero magnopere utilis est. Cum enim contra eos, quibz aliquid inique aut flagitiose committant, eis sedate viimur, vt aut salvi siant, aut pudore afficiantur, tunc mansuetudinem ei adiungimus, eodem enim tendimus, quod Iustitia & Bonitas Dei spectant, imd sepè, cum grauiter peccato irati sumus, illud sanquineum quod in irâ inest, virile facimus. Ut iam, mea quidem sententia, ira moderata magis tanquam telum natura ab Au-tore nostro tributa sit. Quâ si Eua contra serpentem ira suisset, nunquam ab illo false voluptate delinita esset. Unde, vt mihi videatur, qui propter studium, & ardorem pietatis irâ vittur sedates, probatur in lance remuneracionum reperiatur, p. eo, qui nullo modo propter mentis immobilitatem irâ mouetur. Hic enim

auri-

auregam sensum hominis inexercitatum habere planè cernitur, ille vero semper in equis virtutis certandi studio seruens, rechitatur inter medias demonum copias, quadrigam continentem in timore Dei omni tempore exercens. Quam quidem currum Israhel apud Scripturam, cum Elias ille in sublimi sublatu est, dictam esse legimus. Siquidem Iudeus primus, de quatuor virtutibus excellenter locutus esse videtur Deum.

4. Reg. 2. Idec torso, & in curru ignis sublatu est ille tantus, ac tam admirandus sapientia alumnus, tanquam equus, ut mihi videatur, suis vsis virtutibus in Domino, qui illum in aurâ Spiritus ignis rapuit. Prodest ergo ira, moderatè ad cito lictus, & alia passiones fratre rationis & virtutum coercitæ. Quocirca Plato, velut neruos esse dicebat affectus in homine, & ceu funiculos quosdam à natura inditos, à quibus trahantur. Omnis enim affectus, inquit S. Gregorius Nyssenus, celerem, violentum, irreprehensibilemque habet appetitum, & impetum, ad explicationem voluntatis.

Sed cum non omnes sentiant in se illum fureorem, cuius beneficio possint actus intensos elicere, & citò allequi dominum passionum, ac aliarum excellentiam virtutum, his (dummodum non sunt voluntarie) in Dei obsequio tepidi, & negligentes) edendo paruos actus, & modicos, eo conatu, quem habent, & possunt, ita diu perseverent bene operando, & se in paruis etiam rebus vincendo, & minimas Regulas exacte seruando, a sequentur omnino maiora Dei auxilia, per quas excitabitur in eis fervor eximius, & illi ad actus heroicæ à Deo perducentur, & ad illos virtutum gradus ascendent: fierique potest, vt etiam passionum dominum acquirant. Nam, vt ait S. Basilius, Qui grato animo in dominio, que à Deo primum accepit, studiosius seipsum exercuerit ad laudem Dei, & idoneus efficietur, cui alia dentur preterea: scilicet dona & auxilia praestantiora, ad praestantiores actus virtutum patrando, ab immensa Dei liberalitate, ob paruos nostros conatus ex Dei gratiâ ortos, emanantia, vt paulo post dicetur.

152. in Moral. 58. cap. 4. Iste enim mos est liberalissimi & clementissimi Domini Dei nostri: Qui, vt ait S. Cæsiarius, monachus, vbi viderit devotionem animi, ardenter insinuabit effectum, & quantum nos addiderimus ad studium, tantum ille apponet ad adiutorium; & quantum nos apposuerimus ad diligentiam, tantum ille addet ad gloriam. Quia, vt dicit S. Diadochus, secundum proportionem progressus anima, donum Dei, bonitatem suam mutuus patefacit. Quod quidem adeo est certum, & materia magni solatij, & incentiu[m] magnæ spei in iis, qui servio suo attendunt profectui, a paruis incipiendo, vt non dubitarit S. Thomas, Doctor vere Angelicus, & Scientiâ & moribus, id tanquam infallibile afferere. Quando, inquit, homo facit quod in se est, Dea mouente liberum arbitrium (hoc est, exequendo ea, ad quæ tunc excitantur a Deo, etiam si parua sint), per hæc enim nos ad maiora disponit) tunc preparatio hominu-

ad gratiam, habet necessitatem ad id, ad quod ordinatur à Deo, non quidem necessitatem coactionis, sed infallibilitatis: qui intentio Dei deficere non potest. Quod certius illi experiri solent, qui cum se sentiant nondum idoneos ad res magnas patrandas, paruulas illas, sive devotunculas, sive alia pietatis officia, obeunt, & offerunt Domino cum magno affectu. Affectus enim, inquit S. Ambrosius, diuitem collationem facit, & prei sum rebus magis Deum fleunt, & placant, pra nonnulli, qui paten- 153. 1. Offic. to. 3. S. de- bus multa, sed sine affectu faciunt. Non enim ad actionem respicit Deus, sed ad propositum voluntatis: & non intuetur, quod sit sed quo quid studio, ac propensione peragatur. Vida pauperula, duobus obulis super rauit diuines auro abundantes.

Secundò (quod diligenter notandum, & legendum est) præter auxilia diuinæ gratia excitantia, & adiuvantia hominem ad actus virtutum, per quos acquiruntur, & argentur habitus earum in ordinario, & communi cursu vitae prætentis. Item Secundò præter alia interna auxilia diuinæ gratia excitantia, & adiuvantia hominem ad actus virtutum eo tempore eliciendos, quo nisi elicierentur, exigerent in homine motus inordinati passionum excitati ab obiectione aliquo representato imaginationi nostra, & menti, vel sensibus. Item Tertiò præter ipsos habitus virtutum intrinsecus permanentes in homine cum gratia Dei, eosque in gradu valde perfecto. Item Quartò præter internam Dei protectionem, quâ occultis sua gratia internæ modis arcet, & veluti frænat nostram imaginationem, & intellectum, ne tunc quidquam apprehendat, & cogitet, (line yllis obiectis extrinsecis,) quod posset excitare motum inordinatum passionum, vel desiderium prauum inclinans voluntatem & appetitum, ad aliquod malum, vel auertens ab aliquo bono debito præstando: Item Quintò præter negationem concursu sui Diuinum (quem Deus, vt causa prima, & Author naturæ, suppediat omnibus causis secundis naturaliter, & moraliter operantibus, dum aliquid faciunt) ex peculiari sua prouidentia, & benevolentiâ erga hominem, non concessi, sed tunc subtraxi, quando homine non eliciente villos actus supernaturales virtutum, aliqua obiecta sensibus occurruunt apta mouere eos, & per eos imaginationem & intellectum ac per hæc motus excitare passionum inordinatos. Item, Sextò præter extrinsecam Dei protectionem, quâ ob merita Christi Domini, ita sita diuina prouidentia dirigit nos, & mouet, ne adeamus, vel incidiamus in illa loca, & personas, & ne percipiamus sensibus illa obiecta, ex quibus postea nostra naturæ fragilitate, & inclinatione ad malum, præseruit à prauis consuetudinibus vel habitibus auctâ facile in nobis motus inordinati passionum excitarentur. Præter hæc, inquam, sex, ad refractationem somnis,

154.

I. delegib.

In Beati eni.

90.3

40.3

30.3

20.3

10.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

1.3

& ad acquirendum passionum dominium adhiberi solita à Deo, maximè iuuat vslus pius, & seruens eximia deuotione, SS. Eucharistie. Hac enim, vt docet S. Thomas, & experientia deuotè communicantium confirmat, Carnis somitem immunit: & vt at S. Cyrrillus Alexandrinus: perturbationes animi extinguit, & sedat Christus, cùm in nobis manet seuentem membrorum nostrorum legem: (hoc est tomitem, sic appellatum ab Apostolo, vt omnes Interpretes explicant.) Et, vloquitur S. Chrysostomus differēs de passione iræ, Si illam potionē (Eucharistiam) bibamus ab hac peste liberabimur: potio enim hac omnes intra nos vermes, serpentesque mortificat. Quod etiam exp̄l̄ S. Bernardus ait, ab Eucharisti frænationem passionum præstari, & sensum eaurum minui. Et B. Laurentius Iustinianus, Comprimi ab eis voluptuosos animi motus: qui omnium sunt frementū difficillimi.

Sed præmonendi sunt hoc loco tirones, ne putent se subito peruenituros ad passionum dominium: nisi adiuuētur extraordinariis Dei auxiliis, quæ raris Servis Dei conceduntur, & non nisi iis, qui statim perfectissime vivere in Dei obsequio ceperunt more eximiorum Sanctorum. Nam, vt ait S. Climacus, Sanctorum conuersionem velle quenquam repente totam imitari, irrationalib[us] simul est & impossibile. Sæc[u]la enim virtutes, vt idem ait, Jacob scâle comparantur. In scâle autem sensim per gradus ascendit. Et, vt ibidem dicit S. Clim. virtutes, simul nexa, atque altera ad altera transmittentes, in calum sustollunt amatores suos. Et gr. 14. Inspicientissimum vocat eū, qui puer precepit, vt scalarum gradus omnes passu repente consederet. Quod quidē in ordinatis Dei donis verū est, sed multò magis in donis Dei eximiis. Excelsa dona, & spiritualia charismata, inquit B. Laur. Iust. que charissimæ Dei, & Sapientia amatoribus prærogantur, non repente, sed per incrementa virtutū. Per gradus ergo, & veluti per classes scholasticas, ascendēdū eis est. Nemo repente sit summus, inquit S. Bern. ascendendo, non volando apprebenditur summitas scâle. Nemo vnguā, ait S. Clim. repente vno sensu passu scalas gradus omnes condondere potuit. Non inuenitur repente verbum, inquit B. Laur. Iust. cùm etiā sôlicite queratur, Quibus namque gradibus peruenitur ad ipsum. Nullus ad ultimū attinet, nisi gradatim ascendat. Nemo, ait alibi, ad perfectionem valet sajigū scandere, nisi mediante progressu. Materialia videmus construi edificia non repente, sed paulatim, & per incrementa. Pueri quoque ab eruditioribus suis, literis imbuuntur, & ex quotidiana assiduitate studient, efficuntur docti. Quocirca prudenter monet Epicetus apud Arrianum: Nihil est magnarum rerum, quod aerepente fiat, quandoquidem ne botrus quidem, aut fisca. Quod si nunc nubi dicas, te cupere sicum, responderē sane, tempore quodam opus esse. Sine prius, ut floreat, postea fructum producat, & maturitatem, deinde consequatur; ad extremum fucus tandem conspicitur. Vna horā, & subito, non absoluuntur. Menti humana fructum

tam breui temporis curriculo, ac tam sine negotio acquisituru sperari, id verò moneo ego, ne expectes.

Atque ita (vti ponderat S. Thomas) benè dicit Abbas Nestero apud Cassianum: impossibile est vnum, eundemq[ue] hominē simul vniuersi fulgere iunctib[us]: quia si quis voluerit pariter affectare, in id cum incidere necesse est, vi dum omnes sequitur, nullam integrā consequatur: magisq[ue] ex hac mutatione ac varietate dispendium capiat, quam prosectum. Quid de re pulcherrimè difficit S. Macarius. Quæadmodum hom. 15: in viero imperfectus insans, non quâprimum concrescit in hominem, sed paulatim formatur. & dignitur: neque mox perfectus homo euadit, sed longo annorum successu augetur, & vir efficitur. Estq[ue] veluti semina tritici aus hordei, quæ terra mandata non statim radicem producunt, sed vbi transeunt Hyemes, & venti, sum opportuno tempore spica nascuntur: itidem qui pyru plantat, non mox fructū percipit: eodem etiam nodo in rebus spiritualibus, vbi tanta sapientia est, & subtletas, paulatim augetur homo, euaditq[ue] in virū perfectū, & plenitudinem attingit, non vt quadam dicunt, induere, & exuere. Qui disere literas optat, pergit primum ad edicenda signa, in quibus cùm fuerit primus, migrat ad scholam Latinorū, in quâ est omnium postremus: denud cùm ibi primus euaserit, proficiuntur ad scholâ forensem, in qua rursum est omnium nouissimus & principiarius: deinde Scholasticus effectus, omniius Causidicoru[m] nouissimus, & extremitus est, tū dux euadit: qui vbi Magistratu[m] fuerit assecus, adiutorē sibi sumit assessore. Si ergo in rebus exteris tot habet homo promotionis gradus, quād magis celestia mysteria multis gradibus asque promotionibus acquiruntur: & tum qui per multas exercitationes, & varia rerum pericula progressus fuerit, perfectus euaderet.

Pergant ergo Tirones in paruis lete exercete: h. 27. ad In omnibus artibus, inquit S. Chrys. à facilibus quis pop. ad maiora venit, multè prius discens faciliora. Et alibi: hom. 51. Priusq[ue] prima discantur elementa, superflū est, & ad pop. inutile circa finē versari. Sicut pueri (addit infra) elementa discentes, non illa tantummodo discunt, sed in illis legere paulatim docentur. Sic Tirones per partus mortifications passionum in rebus faciliotoribus, ad maiores sensim progrediuntur, & tandem, carum dominium, tanquam Magistratum quendam in Republicâ Ecclesiastica assecuntur, & non vnum assessorem, sed omnes virtutes acquirent, quarum beneficio passionibus rebellionis sibi subiugatis. Deus enim, vt ait apud Coll. 20. Cassianum Abbas Pinuphius, cùm Religioſi conatus obsequia supplici mente à nobis oblata persperxit, exiguo, parvoq[ue], conatus immensa liberalitate persegitur. Quod de conatibus à Dei gratia excitatis intelligentum: sine hac enim, vt ait S. Bernardus, conatus liberi arbitrij, & casis sunt, si non adiumentur; & nulli, si non excentur.

Deinde notadē sunt hoc loco aliquot preclaræ doctrinæ à S. Diadocho traditæ. Prima est, charisma scientia, sive cognitionis (que oritur ex experimentalis exercitu virtutum moralium) plus valere ad extirpandas passiones, quam charismata

Sapien-

Sapientia, à quo contemplatio rerum diuinaturum procedit. Hinc videmus multos soli contemplationi deditos, & longis meditationibus sine exercitio virtutum, habere quidem certas consolatiunculas, & lacrymas in oratione, & teneritudines quasdam deuotionis fæmineas magis, quam viriles; ad minimam tamen, occasiōnē motibus passionum succumbere, vel irā, vel odio, vel tristitia, & in rixas, ac verba pungentia profiliare, pertinaciter in proprio iudicio harere. Quod non aequè accidit iis, qui vacant exercitio virtutum mortalium, & per illud, experimentalē quoddam charifima scientia seu cognitionis acquirunt, de modo frenandi passiones, & exercendi virtutes, ad passionum moderationem efficacem conducentes.

cap 74.

Altera doctrina eiusdem Sancti est, feroore naturali non ita domari passiones, vt i domantur supernaturali, quem Spiritus sanctus cordi affert. Feroore autem naturalem esse ait in naturā propter virtutem quodammodo bene valente, id est, in complexione naturali miti, ad omnem pietatem propensa, nunquam tamen facere posse mentem bonam, ad comparandam vacuitatem passionum, vt poteat charitas, & feroor supernaturalis. Is enim magnas difficultates superat, dum passiones vehementes exurgunt, quibus facilē solent cedere solā naturali quādam bonitate prædicti. Vnde solet dici, tales esse frigidos, & in bono, & in malo, & sicut facilē ad bona attrahuntur, ita facilē pellicuntur ad mala, quia passionibus generose non resistunt, vt resistunt feroore spirituali, ac supernaturali ardentes.

156.

Porrò S. Dorotheus praxim acquirendi passionem dominij, per parvarum rerum mortificationem, seu sui in pariis rebus victoriā, sic tradit: *Nec quisquam hoc poterit arduum, & difficile, cum breui compendio, & spatio quā se ipsum posse & velis decies abnegare. Quid quo pactō fiat, ad ocebo. Obambulat aliquis, & quipiam confusus persuadetur a cogitatione, vt id aduertat, at is cogitatione, & non bona persuasiō repugnat, sequi auerterit. Rursum iuuenis quis nugis, & vanis rumoribus occupatur, persuaderet, vt se tibi quoque immisceat, & verba pariter inferat, negat id se acturum, & aversus alio propriam voluntatem abscondit. Item succurrat illi, ut coquum audeat, interrogetq; quid paret obsonij non adit, ac se cohobet. Cernit aliquid in culnā, quis illud attulerit, solicitatur interrogare, comprimit appetitum, & vomem, & nihil percunctatur. Sicq; dum parva queque præscidit, sensim quecumque aduentus prædicere consuecit. Et iam, summa cum requie, mil prater voluntatem suam, se sentit habere. (Id est, repugnat sua voluntati) & quidquid factum fuerit, eo ita committit, ac si ad vota sua euensiſset. Qui enim propriū nūl habet, aut suum, quidquid factum fuerit, ad propriū patet. Cumque nullam affectionem habeat (scilicet, ad voam rem magis, quam ad alteram) omnino tandem ad impassibilitatem animi (scilicet ad quietem animi, ab omni perturbatione molestante liberam) perducitur. Aduerte igitur quantum pusillum hoc, nos proficere faciat. Hęc S. Dorotheus, qui tamen apathiam infenabilitatis clare damnavit, tanquam impossibilem in hac virtute loco fūt. 7. ad quā præ citato.*

Hoc aliter, sed eodem sensu, docet S. Diadochus: *Vna pars anima, ad passiones se adiungit, vnde que sunt vita iucunda, cum voluntate percipit: altera vero rationis ac intelligentia motu, se numerō deletatur: quatenus mens nostra ad celestia currere, cum continentis sumus, expedit. Si igitur veniamus ad habitudinem commendatę, qua mundo sunt pulchra, poterimus etiam appetitum anime terrenum cum eiusdem appetitu compere rationis coniungere, communicatione Spiritus sancti in nobis hoc dispensante. Nisi enim hac Diuina bonitas efficiens penetratia anime nostra splendore illustrauerit, non poterimus induitudo, id est, toto sensu bonum degustare. Alluelcant ergo Tirones in pariis rebus se vincere, & contemnere ea quae mundo sunt pulchra, & sensibus iucunda, innocenter præterea sive opem Spiritus sancti, & proficient in passionem fratre.*

Facit ad confirmationem huius doctrinae, Ruffi, pulchrum exemplum relatum in vita Patrum: *Fratres quidam conuenerunt ad senem quendam sanctum in deserto loco sedentem, & inuenierunt extra monasterium puerum paucem pectora, & loquente verba, quia non decibat. Postquam autem viderunt semet, & indicauerunt ei cogitationes suas, & de refractione eius se proficisse senserunt, dicunt ei: Abba, quando acquisies habere tecum pueros istos, & non precipis ei, ne strinxerint? Et dixit Senex: Credite mihi, Fratres, dies habeo, ex quo volo eis precipere, & redarguo me ipsum dicens: Si hoc parum non portauero, quoniam maiores tentationem, si permisisti mihi Deus inferri, portare possum. Et propterea nihil eis dico, vt siā consuetudo portandi que superuenient.*

His ergo modis crucifigendo quotidie motus, & desideria inordinata etiam circa res parvas, Facile, inquit B. Laurentius Iustinianus, animus sui vitor efficitur, cum contra se pugnare non reponatur, per quam pugnam, et si non extirpabitur (cum innata sint naturæ nostræ, extirpari nequeant) totaliter passiones nostræ, tamen tanquam crucifixæ à nobis in nobis, nos non inquietabunt. *Duo sunt abstinentia & Crucis genera: 157. ait S. Augustinus: unum corporale, aliud spirituale: 158. de unum à potu atque epulis temperante, appetitum gula cap. 5. à delectationibus, & mollissimis suavitatis coercere, ab iis que per tactum & gustum, visumq; decipiunt, sensum viriliter reuocare, ac violenter abstrahere. Alterum abstinentia & Crucis genus est, pretiosius atque sublimius, motus animi regere, & perturbationes illius modestia tranquillitate placare: ita ac superbia impetus, quasi feram bastiam refranare, litigare quotidie contra vitia sua, increpare se quadam sensurā austeriori, & virtutib; & rixam quodammodo cum homine interiorē conferere. Pretiosa in conspectu Dei, & gloria crucis, cogitationes malas in posestatem redigere, volunt-*

luntates proprias abnegare, easque interiori eximani-
tione discutere, & regentis Imperio subiungare. Per-
gangi ergo Tirones his modis disponere se, ad
acquendum passionum dominium, & exi-
mas in gradu altissimo virtutes. Et toto co-
natu vident modum viuent, eorum, qui non
secundum Deum, & Regulas, sed secundum
hominem viuunt. Ille, inquit S. Prosper, se-
cundum hominem viuit, qui secundum se ipsum viuit:
quia & ipse homo est, & secundum se ipsum viuit.
Qui, si potuerit, est cum quibus vult: pergit, quod vult:
dormit, quando, & quamdiu vult: loquitur quia vult,
& ubi vult: manducat & bibit quando, & quod vult;
& quantum vult: ridet; ac letatur inter quos vult: po-
fremo quidquid naribus suave est, quidquid tactu
blandam, quidquid oculis delectabile, quidquid ceras
sensibus carnis sua incundum, exercet ac sequitur, qualis-
ter vult. Talis passionum dominium non acqui-
ret, quandiu hanc viuendi rationem sequetur,
imo citò peribit, nisi le emendet.

Sed ante omnia primo loco danda est omni-
bus opera, ne vñquam vlo plenē deliberato
peccato Deum offendant, & vt indeliberata
peccata, quæ ex surreptione oriuntur, tardū com-
mittantur: & nunquam in materiâ graui, & pe-
riculosa, & ad Dei cultum spectante.. In hac
enim peccata deliberati lapsus, obstant, ne ac-
quiratur dominium passionum, ob malos effe-
ctus, qui ex talibus peccatis proficiscuntur.

119. Peccata enim venialia, ut docet S. Thomas, sunt
impedimenta spiritualis profectionis: a & disponunt ad
mortalia: & retardant, ne animus hominum promptè
feratur in Deum: & impediunt actus virtutum: &
diminuant inclinationē ad virtutem, quā homo habet à
natura: & diminuant feruorem charitatis: & in re-
ceptione sanctissima Eucharistie, si admittantur, impe-
dunt actualē refectiō dulcedinis spirituālis, & vt
docet idē S. Thom. quā paulo infrā appellat,
actualē effectum Eucharistie, & ait, esse feruore chari-
tatis & actualē delectationem. Quā effectum Va-
lenzia h̄ ait eis, peculia quādam auxilia diuina a-
mula, vi exercitio charitatis aliarumq; virtutum,
calori concupiscentia refendo, posuit conservare vitā
gratia: Quo ipso gracie augmento & auxiliis, etiā re-
cupera etiā illa feruorem charitatis, qui quotidianis
peccatis quasi & sū quād eiusdem conscientia identidem
minuitur, itemq; delectatur, ac gustat aliquis spirituali-
tia, eo ipso, quā suauis est Dominus. Hac autem auxi-
lia impediti per peccata venialia, & per voluntariam
distractiōnem, seu attentionem ad res alias, docet etiā
Suar. Et impediunt, ne Sacraenta ex opere o-
perato conferant illum maiore effectum suum,
quem conferunt iis, qui cum maiori dispolatio-
ne, & devotione actuali illa suscipiant, vt bene
dic. ex Concil. Trid. & S. Thoma, aliisque Theolo-
gum, cōmuniter id sentientibus, probat Suar. si-
ne talibus autē auxiliis per peccata venialia im-
pedit, dominium passionū sic delinquentes nō
sperent. Prætereā cum iudicio S. Basiliū contri-
spicū sanctū; quis noī videt per ea aditū pre-

cludi illis excellētibus Dei auxiliis, per quæ eue-
hantur ad altissimos perfectionis gradus, inter
quos non postremus est, passionum dominium,
quod non qmnes etiam eximios Sanctos ha-
buisse, res gestæ eorum, quas legimus, demon-
strant, eo quod quidam vehementer, & vsque
ad indignationem senserunt iniurias sibi illa-
tas (et si alijs magnis virtutibus essent illustrissimi)
quod tamen in Dominis passionum non re-
peritur. Exultant enim dum iniuriis afficiuntur,
ealque expertunt, & summi loco beneficij habēt.

160. Porro inter alia peccata venialia, quæ valde
impediunt hos vberiores Dei influxus, sunt de-
tractiones tam mētis, quām oris, quibus sinistra
de proximo feruntur mēte, & exprimuntur ore,
iudicia, bonæ fama eorum contraria. Terribile
est enim Patrum antiquorum de hoc vito de-
cretum, relatum à S. Dorotheo: Nihil, inquit, ma-
gia aversatur, & abominatur Deus, quām proximum
iudicare. Hoc præclarè afferunt omnes Patres nostri:
quandoquidem nihil peius, nihil deterius, quām prox-
imum iudicare censuerunt. Nihil adeo provocat Dū ad
iram, nihil ita hominē spoliat, & omni virtute ac pra-
udio denudat, nec non ad summum discrimen adducit,
vt contra proximū obliqui, vi proximum diuidi, ac
condemnare. Causas huivs rei alibi attuli, quas hic
omitto, ne longior sim: præcipua est, tū quia isti
Censores vitę alienę, usurpanti sibi iurisdictionem
Dei, qui soli sibi reseruavit iudicia de alijs,
tum quia inuolant in charos Deo.

161. Sic etiā S. Macar, S. Antonij discipulus, yaldē
in Martyrologio Rom. laudatus ob sanctissimo-hom. 7.
niā vite, scriptum reliquit: Vt ordinariam ad ex-
cidendum ex gratiā Dei, esse cogitationes, quibus homo
incipit extollī (quod fit, dī iudicat alios) & conde-
nare alios. Quocirca Deus Pater ob nullam rē re-
prehendit S. Cathar. Senensem sibi charissimā,
quāuis non defuerint alij defectus in ē (quia &
Sancti peccant) præterquam, quod etiā non animo & modo detractionis, sed ex zelo Diuini
honoris soleret iudicare alios, videns claros de-
fectus aliorum, excusationem non admittentes,
vt ipfamet Deo reuelante dictauit, & in suis
cum Deo dialogis scriptum extare voluit. Tra-
didisti, inquit, m̄bimedicinam optabilem, contra quā-
dam occultam agitudinem, quam ignorabam, nec il-
lā agnoscēbam, insfruendo me, ne vñlatenuis ego iudicare
præsumam aliquam rationalē creaturam, & præcipū
seruos tuos, de quibus aliquando, velut ex caccitate, & ig-
norans, hac erā infirmitate corrupta: quia sub colorata
speciei honoris, atq; salutis animarū, semere iudicabā.
162. Ideo postea hēc Sancta, quēadmodū scribi-
tur in eius vita, Ora Dei, hac verba proferre solebat, 1, c. 23.
multos ob non vitata censoria rerū alienarum iudicia,
esse impeditos à perfectione, quā acquisiſſent tanquā
veri Sancti, ob excellentiam operū. Et moriens pecu-
liati emphasi in suo Testam. hoc suis spirituali-
bus filiis ac filiabus cōmendatū reliquit: Ne vñlū
pros̄sus iudicarent, nullū condēnarent, quāuis viderent
manifestū peccatum. Ideo quotquot fuerūt in Dei

Ecclesiæ excellenti vitæ sanctimoniam prædicti, abhorrebat à iudicandis aliis, sed viscera benignissimæ charitatis cunctis exhibebant, illius, in quaenam charitatem quæ, ut ait Apostolus, non cogitat malum, scilicet de aliis. Amabile est, inquit S. Chrysostomus, Sandorum omne genus propereat, Paulus dicebat: Induite vos sicut electi Dei Sancti, & dilecti, viscera misericordie, benignitatem &c. Non dicit. Misericordia simpliciter: sed induite vos; ut siue vestimentum semper nobiscum est, sic & misericordia. Nec simpliciter dixit, Misericordiam, sed viscera misericordie: ut naturalem imitemur amorem. Hinc quos Deus euhemere incipit ad excelsam sanctitatem, statim infundit eis mores ab omni iudicio morum alienorum valde abhorrentes; qui ergo cupit Sanctorum classi adscribi in occulto Dei iudicio, censoria doulet iudicia aliorum, vti & quævis alia delibera peccata. Hæc enim præcludunt adiutum illis Dei donis, sine quibus nullus passionum dominum. Nam, ut bene ait Abbas Nestorius apud Cassianum, Nemo in vas satidum atque corruptum, vnguentum aliquod noble, aut mel optimum, aut pretiosi quicquam liquoris infundit. Ita & vas pedoris nostri, nisi prius fuerit ab omni fedissimâ vittiorum contagione purgatum, non merebitur suscipere illud benedictionis (Divinæ) vnguentum, de quo dicitur per prophetam. Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam Aaron, quod descendat in oram vestimenti eius. &c.

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

Quomodo differt passionum dominium ab originali iustitia, seu innocentia Paradisiacâ, in quâ fuit Adam ante peccatum?

Respondeo. Esti resolutio huius questionis peti possit ex iis, quæ suprà dicta sunt, Response ad questionem II. & ad questionem IZ. tamen ut paucis rem contraham, dico, iustitiam originalem hæc propriè habuisse semper, quæ vel nunquam, vel non semper coniuncta sunt cum passionum dominio. Nam Adam tempore iustitiae originalis, non potuit peccare venialiter, non habuit illum motum passionis etiam inordinatum, afflictuum, vti est dolor, tumor, tristitia, cupiditas æstuans. Non est passus illum etiam leuissimum passionis, etiam non inordinatae motum antevententem imperium rationis & voluntatis. Nulla internam tentationem passus est, aut ortam ex aliquâ corporali passione sensit. Nullum alium motum passionis contrarium reæ rationi expertus est. Excitato per imperium rationis & voluntatis motu ordinato passionis, illa statim cessabat, cum velleret eam cessare, & exurgebat roties, quories volebat. Imò nihil horum pati potuit. Hæc autem non præstat dominium passionum.

Ceterum passionum dominium adserit alia, quæ questione IZ. attuli, quæ perfectiori modo erant in statu iustitiae originalis. Cum passionum tamen domino esse possunt lenes & breves motus passionum inordinatarum, non valde inquietantes hominem, nec ad peccatum re ipsa perducentes, tamen antevententes rationem, quales motus fuissent etiam in statu originalis iustitiae, leuiter contra rectam rationem exgentes, existimarent Scotus & Gabriel, (non recepti in hoc ab aliis Theologis) & in B. Virgine fuissent Gabriel, quoque circa res non malas, docet S. Thomas, & eum secutus Greg. de Valerio: cuius verba, & Molinae operæ pretrum est, hic adferre: quibus tamen non assentior, nec contradico. S. Thomas Val. ro. 4, concedit B. Virginem habuisse subitos aliquos motus sensualitatis, antevententes deliberationem rationis. Quod P. 3. tamen nullo modo intelligendum est de motibus exurgentibus contra rectam rationem. Motus autem primi primos, inquit loco citato Valentia, circa obiecta sensibilia, que non repugnarent rationi rectæ, non est absurdum concedere fuisse quandoque in Virgine, ut etiam concedit D. Thomas hic ad primum.

Imò Scotus & Gabriel, & plerique alij, ut ait Mol. de Molina (nec enim hic habeo illos Autores) opere, bitrancit iustitiam originalem fuisse donum supernaturale, quo comprimebantur vires sentientes, & continebantur, ut vel omnino non excederent passionum motus contra rationem, vel si quos, non admodum vehementes, producerent, sine villo labore & molestia, & cōprimebantur facile, & ad imperium voluntatis conqueferent. Neque enim hi Doctores absurdum reputant concedere, fieri potuisse in statu innocentia, ut leues passionum motus contra rectam rationem, leuesq; aliqua molestia, & tristitia corporis insurgeter.

Quocirca, si iudicio tantorum Doctorum, S. Thomas, & Scotti, in statu originalis iustitiae, & innocentiae paradisiacæ, aliqui passionum motus insurgebant, antevententes imperium rationis, & voluntatis, nihil id repugnat domino passionum, diuinatus seruos Dei concessio.

Plura haec de re dicā in Response ad c. 19.

CAPVT DECIMVM NONVM.

Quomodo differt dominium passionum, ab apathia damnata à Sanctis?

Respondeo, antequam directè respondeam ad questionem, premittenda sunt aliqua historicâ de apathia.

Imprimis S. Hieron. in quadam epistola, variè ep. ad Cte. (quoad ordinè inter eius epistolas citari solitâ) liphonté assertit: Euagrium Ponticum Hyperboritanum libro edito docuisse à p. Dav. quam nos impaviditatem, vel in- lagan. perturbationem possimus dicere, quando nunquam animus villo perturbationis vitio commouetur, & ne simpliciter dicam, vel saxum, vel Deus est.

Talem apathiam esse humanæ naturæ prorsus contraria, meritò & SS. Patres, & Theologi docent. Siquidem, ut suprà vidiimus, etiam in Christi Domini Humanitate fuerunt bo-

nū

ni affectus humanarum passionum, gaudij, tristitia, timoris, lætitiae, iræ, teste Scriptorū sacrâ.

169. Secundò notandum est, aliquos SS. Patres nequaquam suspectæ fidei in hac materiâ, disertis verbis facere mentionem in suis libris, apathia cuiusdam, & impatibilitatem, ad quam nos posse, & debere aspirare docent. Sed certum est eos, (inter quos est S. Basilius, S. Chrysostomus, S. Diadochus, S. Dorotheus, S. Cyrill. & Theodoretus) nomine apathia non intellexisse illam impatibilitatem Euagricam, sed tranquillitatem animæ & corporis, nasci solitam ex mortificationis inordinatis affectibus; mentem valde perturbantibus, & rationi valde resistantibus, eamque tunc inquietantibus, cum nondum sunt edomiæ, ac dominio hominis per Dei gratiam, & virtutum præsidia subditæ. Nam illi ipsi Patres, diserrè dicunt, sine humanis affectibus, & passionibus, hominis in hac vita statum esse non posse. Vt ostendi in Opusculo de indiciis, & gradibus spiritualis proœctus c. 3.

Hinc S. Macarius à Suida citatus scriptum reliquit: *Aſperam viuendi rationem cum charitate copulatam, celerius monachum ad animi tranquillitatem, quam à m. Deo et appellant, perducere. Et S. Diadochus: Si angores agritudinum animo grato excipiatis, argumentum est, non procul ab indolentiâ (seu apathia) id est à vacuitate turbidarum affectionum absit. Ita ipse explicat apathiam, seu indolentiam. Quocirca SS. Patres per apathiam non intelligunt absentiam totalem passionum, sed vacuitatem à perturbatione passionum, seu animi tranquillitatem que nascitur ex domitis passionibus. Hoc sensu intelligendus est S. Ioannes Climacus dum gradu octavo initio, ignominia desiderium, ait esse ira vacuitatem, & ire vacuitatem, ait esse naturæ superationem, absque vlo iniuriarum sensu, scilicet hominem perturbante.*

170. Prima ergo apathia Euagrica, à passionum dominio differt, sicut non ens, abente, quia impossibilis est. Secunda vero non differt, sed est effectus dominij passionum inseparabilis. Cur autem hi Patres hanc mentis tranquillitatem, à passionibus perturbantibus liberam, appellant apathiam, causa esse potest, quia iuxta doctrinam S. Ioannis Damasceni, non videntur mereari nomen passionis illi motus, eti rationi contrarij, & rationem præuenientes, qui adeo sunt locues, & mites, ut vix, vel ne vix quidem sentiantur, quia non alterant sensibiliter corpus, ut alterant possiones nondum edomita.

171. Ideo S. Damascenus in definitione Passionis recepta à Theologis, passionem ait esse motum sensibilem, seu sensituum appetituum potentiam, seu virtutem, ortum ex imaginatione boni vel mali. Et paulò infra addit hæc: Non omnis etiam motus eius, qui patitur, passio dici meretur, sed qui vehementiores esse sensu produnt. Nam qui parui sunt, & insensibiles, nondum passiones dicuntur. Oportet enim passionem preferre magnitudinem, qua alius sit estimationis. Ideo defi-

nitioni passionis adiicitur. *Sensibilis.* (Græcè est Kynōs,) vt dicatur. *passio est motus sensibilis præter naturā.* Nam parus motus latentes sensum, non faciunt passionem. Quod sane consentaneū est modo loquendi Theologorum & Philosophorū, qui denominations rei sumendas volunt à parte potiori: *qualis est passio vehemens, & vehementer parti,* hoc est, alterari corpus faciens, dū exurgit, siue inuitis siue volentibus nobis. Quocirca etiā 4. Tuscul. Cicero à Stoicis ait eas appellari perturbationē (hoc est passionem) appetitum vehementiorem, qui longius discesserit à natura constantiâ. Quæ ergo passionis affectio vehemens non erit, etiam eorum iudicio nomen passionis non meretur.

Tertiò notandum est immerito Stoicis omnibus adscribi primatū illam apathiam Euagricā. Stoici enim sapientiores, non docuerunt motus passionum naturalium rationi non repugnantes, esse ab hominī naturā alienos: sed dixerūt eos agnouerunt, & docuerunt. Quod S. Aug. ostendit citans Auli Gellij testimonium, scribentis se c. 4. in quinto libro διάλεξεων Epicteti ex Stoicoru Gell. l. 19. decretis accepta, hac legisse: *Cum sénus aliquis cap. I. formidabilis, aut calo, aut ex ruina, aut repentinus neficius periculi nuntius, vel quid aliud eiusmodi factum, Sapienti quoque animum paulisper moueri. & contrahi. & pallescere necessum est: non opinione alicuius male præcepta, sed quibusdam motibus rapidis, & inconsultis, officium mentis atque rationis præuententibus, mox tamen ille sapiens, ibidem r̄ds τοιαῦτας φαγετοῖς, visa isthac animi sui terrifica, non approbat, sed abicit, respicitq., nec ei merendum esse in his quicquam videretur. Atque hoc inter insipientis, sapientisque animū differre dicunt, quod insipientis qualia sibi esse primo animi sui pulsū visa sunt seu, & aſpera, talia verò esse putat, & eadem incepta, que quasi iure metuenda sint, sūd quoque offensione approbat. Sapiens autem, cū breuiter & strictim, colore atque vultu motus est, statu, vigoreq., sententia sua retinet, quam de huncmodi causis, (id est, imaginationibus, seu phantasias) semper habuit, ut de minimè mequendis, sed fronte falso, & formidine inani territantibus.*

Hæc ibi Gellius, quæ S. Aug. breuius citat. Et hinc deducit, aut nihil, aut pane nihil distare inter Stoicorum aliorumq. Philosophorū opinionem de passionibus, & perturbationibus animorū (per alios Philosophos, intelligit Platonicos, & Peripateticos, paulò autem à se cōmemoratos) Vtq. enim mentem, rationemq. Sapientis ab eorum denominatione defendunt. Et ideo fortasse dicunt Stoici, eas in Sapientie non cadere, quia nequaquam eius sapientiam, quæ vtiq. sapiens est, vlo errore obnubilant, aut labe subvertant. Accidunt autem animo sapientis, saluā serenitatem sapientia. Quir & S. Thomas ait, hanc inter istos 1. 2. q. 24. controueriam fuisse, non de re sed de nomine. a. 2.

Et Seneca Stoicoru præcipiūs, *Nunquam, inquit, ego à te, ne ex toto mereas exigam: & scio inueniri quosdam duræ magis, quam fortis prudentie viros, qui negent dolitum esse Sapientem. Hi non videntur vñquam in huiusmodi casum incidisse.* Alioqui

D d 2 ex-

excusisset illius fortuna superbiam, sapientiam, & ad confessionem eos veri, etiam inuitos, compulisset. Satis praeſtiterit ratio, si id unum ex dolore, quod abundat, & superest, exciderit. Et cap. 36. Non sentire mala sua, non est homini; non ferre, non est viri.

Ceterum aliquos Pythagoricos benē de humaniſſis affectibus, certū eſt. Nam Theaſtobz. f.1. Pythagoricus ſic ait: Quoniam virtus morum circa affectus, & affectuum principiū, voluptas & dolor, lique non in eo virtutem eſſe, ut eximantur affectus animo, ſed ut temperentur. Et Archytas ex ſcholā Pythagoræ, Nafsirū, inquit, ex affectibus virtus, & nata cum illis conſtitit, ſicut concinna modulatio ex acuto & graui: item temperies ex calido & frigido. Nō igitur tollere affectus oportet, ſed aptare ad id, quod rationem decori & mediocritatis habet.

Ibid. 174.
3. Aug. l.
14. ciu.
cap. 8.
3. Th. 1.2.
q. 24. a. 3.

Quarid notandum eſt, hanc ob cauſam Stoicos improbari circa doctrinam de paſſionibus, eſt que ab aliquibus adſcribi falſam de apathia doctrinam, tum quia negabant poſſe cadere triftiam in hominem ſapientem, tum quia paſſiones omnes dicebant malas eſſe, & in hominem ſapientem ac probum cadere non poſſe, atque ita in illo eſſe apathiam; eò quod paſſiones nominarint illas tantum, que à ratione exorbitat, eas verò que ſunt conformes recte rationi, non vocabat paſſiones. Sic enim Cicerο, vt etiam refert S. Auguſtinus, ex ſententiā Stoicorum paſſionem definit: ut fit animi commotio a uera ſe ratiōne, & contra naturam. Cū autem conſtanter prudenterque animus commouetur, eiūmodi appetitionem Stoici Εὐλητού appellant; nos, inquit Cicero, appellamus voluntatem, eamque illi putant in ſolo eſſe ſapiente: quam ſic definiunt: Voluntas eſt, que quid cum ratione conſiderat.

Sed cum etiam vii probi & ſapientes patiantur quandoque motus inordinatos paſſionum à ratione diſcrepantes, & rationem preuenientes, & ratione liberè operanti bona, interdū reſiſtentis, male Stoici à paſſionibus ſapientem & probum liberum eſſe dicebant, & hoc modo loquendi, apathiam quandam in eo agnoscabant, quanquam minū latè patentem, quam fuerit illa Euagrij ſuprā commemorata.

175. 1.2. q. 24.
a. 2.
Quinid notanda eſt origo ſentienti Stoicorum hac de te, quam clarè & breuiter ita S. Thomas deſcritbit, que eius deſcriptio ſeruit ad plenius intelligendam naturam & conditionē paſſionum noſtrarum, & dominij circa illas, cuius occaſione tam multa de paſſionibus hominis in medium attuli, ex facris, & profanis Authoribus: Stoici, inquit, dixerunt omnes paſſiones eſſe malas: Peripateticī verò dixerunt paſſiones moderatas eſſe bonaſ. Stoici enim non diſcernebant inter ſenſum, & intellectum, & per conſequens, nec inter intellectum appetitum, & ſenſuum: unde nec diſcernebant paſſiones anima à moтиbus voluntatis, ſecundum quod paſſiones anima ſunt in appetitu ſenſu. Simplices autem motus voluntatis, ſunt in intellectu: ſed omnem rationabilem motum appetitina partu, voca-

bant voluntatem, paſſiones autem dicebant motum progredientem extra limites rationis. Et idē eorum ſentientiam ſequens Tullius in 3. libr. de Tusculanis quaſtionibus, omnes paſſiones vocat animi morbos: ex quo argumentatur: quod qui morboſi ſunt ſani non ſunt, & qui ſani non ſunt, inſipientes ſunt: unde inſipientes infanoſ dicimus. Peripateticī verò, omnes motus appetitus ſenſuum, paſſiones vocant: unde eas bonas eſtimant, cū ſunt à ratione moderata, malas autem, cū ſunt prater moderationem rationis. Ex quo primū patet, quod Tullius in eodem libro Peripateticorum ſentientiam, quia approbabant mediocritatem paſſionum, inconvenienter improbat dicens, quod omne malum etiam mediocre vitandum eſt: nam ſicut corpus etiam mediocriter agrum, ſanum non eſt, ſic iſta mediocritas morborum, vel paſſionum anime, ſana non eſt. Nō enim paſſiones dicuntur morbi, vel perturbationes anime, niſi cū parent moderationem rationis.

Ex diſcū patet, Primū, paſſionum dominū eſt 176. totaliter diuerſum ab apathia Euagrij, ſicut eis a non ente plus quam lux à tenebris.

Secundū diuerſum quoque eſt ab apathia Stoicorum. Primi, qui domini paſſionum ſuorum agnoscunt eſt in quoquis homine viuentे paſſiones aliquas ratione recte repugnantes, etiam in homine ſapiente, quod Stoici negabant. Secundū, quia Dominus paſſionum ita ſe habet respectu paſſionum rebellium rationi, ſicut Rex respectu famulorum rebellium, quos ſuis armis vicit, & ſubiugauit, & coēgit ſibi obſequia praefare dominio politico, non despoticō ſuprā explicato. Sicut ergo Rex, & eius num. 66. potestas ac robur, diuerſum eſt à ſeruo rebelli, domito & lobingato, ita Dominus, & dominium paſſionum diuerſum eſt ab apathia Stoicorum: prieinde qui docent poſſe acquiri beneficio Diuinæ gratiæ paſſionum dominii, non docent villam apathiam, ſed rem totaliter diuerſam à quaui apathia, Sanctis diuinis dari ſolitum, ab iis, ut ſuprā vidimus, agnatum & commendatum, & vita perfectioris anatoribus propositum ad imitandum, ſeu ad æmulandum, ac per exercitium virtutum, ſuique victoriā, quærendum.

Sextū Ad pleniorē doctrinārū de paſſionibz cognitionem, hoc quoque notandum Aug. 1.2. eſt, ideò & à S. Auguſtinō, & à S. Thoma ſu. Th. 1.2. q. 2.2. prā citatis, & à Cicerone exiſtūtum eſt. Stoicos & Platonicos à Peripateticis magis no. Cic. 1.4. mine, quam re diſcrepasse, in ſententiā de paſſionibz: quia, ut ſcribit S. Auguſtinus, quas Gra. Aug. 1.14. ci appellant εὐπαθεῖας, Latinè autem Cicerō, con. Cic. 4. ſtantias nominauit (proprii bonos affectus) Stoici Tufculi, tres eſt voluerunt pro tribus perturbationibz in animo ſapientis. Pro cupiditate, voluntatem: pro latitudine, gaudium: pro metu, cautione: pro agitudo: verò, vel dolore, (quem nos vitanda ambiguitas gratiæ triftitiae malum dicere) nequerūt eſſe poſſe aliquid in animo ſapientis. Triftitia enim quia de malo eſt, quod iā accidit, nullum autem malū exiſtant posſe accidere ſapienti, nihil

nihil in eius animo pro illâ esse posse dixerunt. Sic ergo illi loquuntur ut velle gaudere, cauere, negent nisi sapientem; si autem non nisi sapere, latari, metue re contractari. Et illas tres esse constantias, has autem quatuor perturbationes secundum Ciceronem, secundum plurimos autem passiones. Graecè autem illa tres, sicut dixi, appellantur ἐν πάθεια, ista autem quatuor, πάθη.

Deinde pergit S. Augustinus impugnare hanc Stocrinam doctrinam, ostendendo ex scriptura illos affectus, quos solis sapientibus dicebant esse proprios, attribui etiam malis, & è contrario. Sed Cicero fuisus enumerat, & ponit. Tunc dectar hos sapientum, & stultorum affectus. Qui verè non re, sed nomine differunt. Ideò meritò S. Augustinus, & S. Thomas dixerunt, inter Peripateticos Platonicis adiunctos, & inter Stoicos, magis de nomine, quam de re fuisse dissidium quoad passiones.

CAPVT VIGESIMVM.

De humanarum passionum Dominio.

178. Si verum est, illa qua suprà diximus, reperiri in hominibus habentibus passionem dominium, videatur hoc dominum non differre à ligatione, & ablatione somnis, qui in Christi Domini Humanitate non sunt, & in B. Virgine à Theologis assertur fuisse ligatus, in eius primâ sanctificatione, quam accepit in utero S. Anne, & postea ablatus fuisse in aliter tunc, dum Christus Dominus in eâ incarnatus est, vi probabilitus putat S. Thomas, quamus alij etiam probabiliter existimemus cum sublatum fuisse in primâ sanctificatione.

179.1. Respondeo: Dominum passionum rem esse diversam à ligatione, & ablatione somnis, ea que inferiorē, & non ita præstantem. Quod vi intelligatur à Tironibus, omisis controvēsis, & subtilitatibus Theologicis, breuiter explicandum est, aperte ad captum illorum, quid sit fomes peccati, & quomodo ligatus fuerit in B. Virgine, in primâ eius sanctificatione, & quomodo postea totaliter ablatus, dum Christum conciperet in eius Incarnatione.

Scendum ergo est, somitem peccati in actu primo, vel loquuntur in scholis Theologi, & Philosophi, esse naturalem habitualem inclinationē appetitus sensitiū, in quantum est proximè disposita ad actus suos, scilicet ad motiones & affectus, circa obiecta illicita, & recte ratione contraria, & rationem præuenientia, & ad peccatum trahentia, seu allicientia. In actu vero secundo somitem, esse ipsam motionem, seu actum, & effectum talis inclinationis & concupiscentiae. Et ita utroque modo acceptum somitem de scribens S. Thomas ait: Somitem peccati, nil aliud est, quam inordinatam concupiscentiam sensibilis appetitus, in quantum repugnat rationi, inclinando ad malum, vel difficultatem facienti in bono.

Porrò cum hæc inclinatio non sit appetitui

sensitivo essentialis (essentia enim eius tantummodo consistit in hoc, ut feratur in obiectum sensibile, non autem ut feratur in obiectum sensibile illicitum seu contrarium recte ratione), p. q. 15. sed accidentalis, potest tolli illis modis, per quos a. 2. & q. Theologi docent, sublatum fuisse à B. Virgine 27. a. 3. & Maria, & in Christo non fuisse.

Hic fomes, qui alter appellatur, concupiscentia, & lex membrorum repugnantium rationi, est effectus peccati originalis, ortus ex priuatione iustitiae originalis in Adamo, quæ sensualitatem reddebat obediens rationi. Dicitur autem fomes peccati, quia incitat ad peccatum, per motus contrarios rationi, qui ab eo procedunt, quemadmodum fomes materialis, facilè ignem concipit, igni adiunctus.

Sed in B. Virgine in primâ eius sanctificatione, dicitur à plerisque Theologis cum S. Thoma, fuisse tantum ligatus, non totaliter ablatus. Ligatus quidem idem, tum quia per abundantem gratiam, & virtutes, quae ei fuerunt collatae, in primâ eius sanctificatione, fuit hæc naturalis concupiscentia, quasi consopita, & ligata, ne haberet effectum vilium in Virgine, per motum aliquem recte ratione contrarium: tum quia per Diuinam protectionem ac prouidentiam, sensualitas eius, seu appetitus sensitiū, prohibebatur ab omni motu inordinato. Poterat tamen tunc esse in sensualitate eius alius motus rationem præueniens, iudicio S. Thomæ.

Totaliter autem sublatus fuit tunc, cum Christum concepit in se incarnatum, quia tunc per maiorem gratiæ abundantiam, & virtutum altioris gradus, fuit illi collatum, ut ne quidem posset pati motus contrarios recte ratione, & præuenientes rationem, eo modo, quo in Adamo iustitia originalis, ab eo per peccatum perdita, hoc ipsum præstabat. Quanquam aliqui docent, ab instanti conceptionis immaculatae extinctum fuisse in Maria somitem peccati. Alenfis, Scotus, Gabriel, Almainus, Marsilius, Corduba, Suarez, qui tradit hanc sententiam ferdè esse omnium, qui immunitatem à peccati originali labo Mariæ adstruunt.

Ligatio ergo somitis præstabat, ne fomes produire in actu secundum concupiscentia inordinatum, substractio vero totalis, præstabat, q. Theol. ne etiam posset prodire in actu secundum, q. 45. ut in Christo prodire non potuit. Quāvis enim in 3. p. q. & in Christo, & in B. Virgine manserit appetitus sensitiū, seu ipsa naturalis potentia sensibilitatis, ex se propensa in omnia obiecta sensibilia, arque adeo etiam in illa, quæ sunt contraria rationi, quia tamen fomes peccati, non quomodo conque est hec potentia sensibilitatis, sive appetitus sensitiū, sed ut potest expeditè & proximè tendere in ea etiā obiecta, quæ sunt ratione contraria, cum nec in Christo, nec in B. Virgine fuerit hec facultas proxima tendendi in obiecta sensibilia repugnantia recte ratione.

Dd 3 (ob)

nire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me; Non consilij, inquit, sunt verba haec, sed precepti. Omnes enim tenentur velle venire post Christum semetipso abnegare, crucem suam tollere, ita Christum sequi. In quantum autem hoc non facimus peccamus.

Quid autem sit haec abnegatio, docent Sati-
cti. In primis S. Basil. haec Christi Domini verba
ponderans, ait: Nos preceptum hoc ad plura arbitri-
triarum pertinere, quorum necessaria abnegatio sit. Nam
& diabolo renunciamus imprimis, itemque affectioni-
bus carnis, qui abdicamus occulta dedecoris &c. Et
quod in omnibus magis necessarium est, quilibet sibi-
mei ipsi renunciat, qui exiit veterem hominem cum
actibus suis, scilicet peccatis.

Et S. Hieronymus eadem Christi verba ex-
plicans, ait: Qui impudicus fuit, versus ad Castitatem,
temperantiam luxuriam negat: inquit, si sequatur iustitia,
negat iniquitatem. In omni conuersatione, opere,
cogitatione, sermone, negemus nosmetipso, quod ante
sanum, & confiteamur eos, qui in Christo renati sumus. Ad haec autem obligamus Dei preceptis.

S. Gregorius similia verbis S. Hieronymi di-
xit, & addidit: Tunc nosipos abnegamus, cum vita-
mus (scilicet peccata) quod per vetustatem suimus;
& ad hoc nimirum, ad quod per novitatem vocamur.
Pensemus, quomodo Paulus se abnegauerat, qui dicebat:
Vtio autem iam non ego. Extinctus quippe erat saevis
ille persecutor, & vivere ceperat prius predictor. Si
enim ipse esset, prius profecto non esset &c. ac si aperte
dicas. Ego quidem a me ipso extinctus sum, quia carna-
liter non vivo. Atqui precepto Divino adigimur,
ne carnaliter vivamus, ne Christum persequamur. Diversa ergo res est, abnegatio nostri à domino passionum, quod assequi consilium est, non preceptum, si dominium passionum in totâ sua latitudine sumamus. Quanquam aliqua abnegatio nostri, qua sit per tria vota religiosa, necessaria est, non per modum precepti, sed tanquam consilium, ut benè explicat S. Thomas loco supra citato.

CAPUT Vigesimum tertium.

Hoc passionum dominium est ne aliqua spe-
 cialis virtus, vel qualitas, aut habitus
 distinctus ab aliis virtutibus, & quid
 tandem est?

Respondeo non esse melius carere dominio
 aliquam specialem virtutem, aut habi-
 tum, vel qualitatem essentialiter diversam ab
 aliis virtutibus, sed esse veluti proprietatem
 quamdam, seu perfectionem ex omnibus virtutib-
 us tam acquisitus, quam infusa ortam, & anima-
 mæ inditam ac potentiam eius, ex possessione
 extirpatarum virtutum eis inhærentium. Cum
 enim quilibet virtus perficiat potentiam, cui
 inhæret, & inclinet ad actus suos proprios, &

armet contra actus contrarios, ideo quilibet
 virtus, præsertim moralis, confert potentiam, cui
 inhæret, robur aliquod contra passiones con-
 trarias. Quocirca quando omnes virtutes, præ-
 certim acquisitæ per proprios, & similes, ac uni-
 uocos actus, crescunt in magnâ copiâ, & (ut ita
 dicam) quantitate, hoc est, quando peruenient
 beneficio diuina gratia, & cooperatione liberi
 arbitrij, à gratiâ excitati, & adiuti, ad altos gra-
 dus suos, tunc acquirit homo robur quoddam,
 & dominium in passionum motus contrarios
 rectæ rationi, & virtuti secundum rectam ra-
 tionem semper operanti.

Quia vero virtutes infusa, habent altiorem

finem, quam virtutes morales acquisitæ, ideo
 accedente veluti imperio virtutum infusarum,
 præsertim Charitatis, corroborantur, & elevan-
 tur ad altiorem finem actus virtutum moralium
 resistentes passionibus, eaque domantes, ut for-
 tius resistant ac doment passiones, & subiciant
 rationi, ac voluntati Dei, & supernaturali ordi-
 ni, ac lumini gratia, ad quem homo per virtutes
 infusas dirigitur, sicut per morales dirigitur ad
 finem inferiorem, rectæ rationis, & luminis na-
 turalis. Atque ita dominium passionum, est
 quoddam veluti aggregatum robur hominis,
 ex multis particularibus virtutibus, quarum
 singulæ particiale robur dant homini, ad subden-
 das rectæ rationi, & Deo, omnes rebellis pas-
 siones, eo modo, quo omnes virtutes conferunt
 homini amorem boni, & odium mali, plus, vel
 minus, prout sunt magnæ, vel parvæ virtutes,
 seu maiorem inclinationem acquisitam ad bo-
 num, & maiorem auerionem a peccato.

CAPUT Vigesimum quartum.

An non melius esset carere passionum do-
 minio, ut in nobis remanente difficultate
 in bene operando, remaneat occasio
 meriti, quod crescit, dum superatur dif-
 ficultas, & opus difficile perficitur? Vnde
 S. Augustinus videtur abrogare Beatis
 in celo virtutes morales, quia ibi nul-
 lam sentiunt in operando difficulta-
 tem?

Respondeo non esse melius carere dominio
 passionum, et si per illud tollatur, vel saltem
 minuatur difficultas, quam sentimus in ope-
 rando, dum habemus indomitas passiones. Du-
 1.2. q. 114.
 p. 52.
 2.4. ad 2.
 navi S. Thomas: Una ex magnitudine operis, & sic
 magnitudo laboris (in operando) pertinet ad augme-
 tum meriti. Altera est ex defectu operantis, (quam
 parunt indomitæ passiones in operante) &
 talis labor diminuit meritum: & à charitate tollitur,
 quæ feruentius operatur dum sunt passiones

Dd 4 edo-

320 NICOLAI LANCICII OPUSC. SPIRITAL.

191. edomitæ, quia non obstant operanti: Et hæc est causa, cur vt alibi docet S. Thomas, efficioria fuerint hominis opera ad meritum in statu innocentia, quām post peccatum, quia tunc gratia copiosior fuisse, (in suā actiuitate) nullo obseculo in naturā humana inuenio: quia tunc passiones non resistebant operanti, sed magis, quām in dominio passionum, obediebant rationi, qualiter vero, ut suprā dixi, ne quidem erant tunc.
192. Hæc quoque causa est, cur S. Thomas dicat, Meliorem esse Temperantiam, quām continentiam: quia Temperantia virtus, ipsum appetitum sensitum subiicit rationi, & quasi à ratione facit domari: Continentia vero importat resistentiam rationi ad concupiscentias prauas dum sunt vehementes. Continentia enim, vt ait Cassianus, & S. Bernardus, & Abbas Charemon apud Cassianum, dicitur, vbi adhuc ei aliqua resistit aduersitas volupatis, que non est in Castitate seu temperantia. Et S. Joannes Climacus, Contiens, inquit, est, qui in medio tentationum, & laqueorum versatur, moreisque tranquillos, turbisq; ac tumultibus liberos, viribus omnibus imitari, & aseque contendit. Simili ergo modo melius est per dominium passionum habere passiones appetitus sensitum edomitam, quām resistentes rationi, & suā resistentia difficultatem operandi in ipso operante causantes. Atque ita merito Theologi Suar. 10.2. docent, nec Christum, nec B. Virginem habuisse in 3. p. dif. difficultatem in operando, quam adferunt passiones rationis resistentes: quamuis enim meritorum sit, compescere motus passionum contra rectam rationem exurgentis, perfectius tamē est, illis carere, & assimilari Deo, ac Beatis in cælo, qui tales motus, nec habent, nec habere possunt, & Deus tanquam summa Sanctitas, nil etiam inuoluntarium legi diuinæ contrarium pati potest. Quid enim beatus, inquit S. Chrysostomus, quām inesset liberari bello? Nam quamvis plurimā pacē externā fruamur, si intra nos cogitatione naescatur tempestas tumultus, & sedatio, nil exter na pax nobis proderit. Sicut neque miserabilitas est aliud ciuitate, que licet sit ageribus & muris bene munita, intus tamen ciues foveat proditoris. Hoc igitur ante omnia nobis sit cura, quomodo animam à turbulentia vindicemus, & in tranquillum statum educamus, & ab omni liberemus amaritudine, qua est multa fruamur quiete, & in qui familiaritatem nobiscum habent, sumus blandi. Vilitas autem illa meriti, que oritur ex passionum inquietantium nos refragione, sicut in Adamo in statu innocentia, ita & in Christo Domino, ac B. Virginem compensabitur, & compensatur in Beatis superabundanter, maiore excessu charitatis, & aliarum virtutum, quia suos actus feruentiores eliciebant, non habendo resistentes passiones, quām eliciunt sentiendo resistentes passiones. Idem iudicium est de Beatis in cælo, in quibus actus virtutum, illi cælesti statu conuenientium, sunt feruentissimi, & quamvis feruentes non essent, quia tamen in illis suæ regulæ & diuinæ menti sunt conformes, & iuxta eam eliciti per recessum ab extremis, ac propinde sunt moderati & recti, 1.4. cont. sunt laude digni, vt benè docet ex S. Thoma gentes. Ferrariensis. 70.
- Dices. Si quis eliciat actum Religionis vt 4. 194. sine vīla resistentiā, alter verò etiam eliciat a-ctum Religionis vt 4. cum resistentiā, huius actus videtur esse præstantior, quia laboriosior, & difficilior.
- Respondeo. Non erit præstantior, quia difficultas ex parte operantis non auget meritum, sed potius reddit actum minus præstantem: per-stant enim modus operandi est, operari sine re-sistentiā Diuinae legi contraria, quā quamuis peccatum non sit, in uoluntaria sit, et tamen effectus originalis peccati, quandoque etiam actualium peccatorum, & ad peccatum inclinat, & hominem conturbat, & recta ratione ac Diuinae voluntari ex se repugnat. Melius autem est, sine his imperfectionibus operari, ideoque sic & Christus Dominus, & Beatissima Virgo, & Adam ante peccatum primum suum, opera-batur, & ad diuinum operandi modum, sine vīla perturbatione operantem, accedebat. Ideo S. 1.2. q. 15. Thom. Téperantiam ait esse virtutem perfectam: Continentiam verò esse imperfectam virtutem, quia cum ea coniuncta est vehementia passionum, quam Temperantia non habet, quia illas edomuit. Immo Aristoteles Continentiam cō- 1.7. eth. tradistinctivam virtutem.
- Quanquam fieri potest, ceteris paribus, vt magis sit meritorius ille actus Continentia, quo superatur magnitudo concupiscentie procedens vel ex naturali complexione magis pronā ad concupiscentium in uno, quam in alio, vel ex opportunitate delectationum concupiscentiam inflammatum magis paratrum viri, quam alteri, vt docet S. Thomas. Sed tunc hæc difficultas oritur ex parte obiecti difficulto- 2.1. q. 15. ris, non præcisè ex indomitâ passione.
- Denique, vt bene ait S. Thomas, Ratio virtutis, 196. magis consistit in bono, quam in difficulti. Vnde magis est mensuranda magnitudo virtutis, secundum ratio- 2.2. q. 11. nem boni, quam secundum rationem difficultis. Et ex a.12. ad 1. hoc principio alibi deditur, per temperantiam illam, 197. que cum magna difficultate diu sustinet aliquid circa a.1. in- corp. & delectationem concupiscentiam inflammatum magis paratrum viri, quam alteri, ut docet S. Thomas. Sed tunc a.4. ad 1. hæc difficultas oritur ex parte obiecti difficulto- 198. ris, non præcisè ex indomitâ passione.
- Ex eodem principio, S. Thomas alio in loco inserit, præstantiores esse virtutes, Fortitudinem, & Iu- 2.2. q. 14. stitiam, quam Temperantiam; quia eti difficultas fit a.8. in refranare concupiscentias, & delectationes tactus (quod corp. & ad 1. facit Temperantia) quam rectificare actiones exterio-

701,

res quod ad iustitiam pertinet, et non, quia tantum aliqua virtus melior est, quamvis pertinet ad bonum multitudinis; iustitia vero consistit in communicabus, que sunt ad alterum, fortitudo autem in pericula bellorum, que sustinent pro salute communis; temperantia autem moderatur solum concupiscentias, & delectationes eorum, que pertinent ad ipsum hominem, id est dñe illae priores, sunt excellentiores, quia virtus magis attenditur secundum rationem boni, qui maior est in illo, quam secundum rationem difficultatis, in quo exceedit temperantia. Merito ergo S. Chrysostomus, ita commendat passionem dominium, & ad illud comparandum etiam seculares suos Auditores excitat sic: Non ita veneracione dignus est Imperator in regio sedens solo, diadema redimitus, atque homo, quare rationem in solum Dominatus servitum passionum subiectam, & imperio, quod in illas exercet, tanquam splendido quadam reuinctum caput habet diademate. Quid enim, quod prodest purpurea vespa, & corona gemmata, quando passionem captiuam fecerit anima, & quod ex ista externa libertate lucrum obuenit, quando id quod in nobis potissimum dominatur, turpi ac miserabiliter subiacet servitum? Nam quemadmodum cum febris ad interiora penetrat, & viscera omnia incendit, nihil nobis prodest, si superior corporis superficie nihil tale patiatur, ita dum nobis anima interioribus distractabitur passionibus, nihil externus principatus iurat, ne ipsius quidem regis soli, cum anima violento admodum impetu a passionibus de throno regio deueluator, & ultra se submittat, eorumque rebellis, insultus pertinet, Quod ne stat, vnde Prophete concurrent, & Apostola passionis rostratas reprimunt, omnem appetitum rationis expertis feritatem a nobis anandant, & multo augustinorem regno principatum nobis committunt.

CAPVT VIGESIMVM. QVINTVM.

Quae virtutes magis conducunt ad acquisitionem passionum Domini?

Responde. Antequam ad hoc dicere respondeam, scire debent Tirones, virtutes, ob quas homo appellatur bonus, & laude dignus, esse duplices, alias infusas, alias acquisitas.

Infusa vocantur a Theologis illae, quas Deus in hominibus, & in prima eorum iustificatione, & postea in augmentatione illius, una cum gratia iustificante infundit, sive in receptione aliquius sacramenti, sive dum elicunt actum contritionis, vel amoris divini, aut Martyrium subeunt. Haec virtutes infusa sunt praecipue tres, quae vocantur Theologicæ: Fides, Spes, Charitas. Vocantur Theologicæ, seu diuinae, quia actibus suis immediate circa Deum versantur, & hominem Deo coniungunt circa medium: Fides, credendo illi, & in illum, Spes sperando in illo, Charitas eum diligendo.

Præter has tres virtutes Theologicas, infun-

duntur etiam tunc a Deo aliae virtutes, vt sunt 1.2. q. 11. quatuor, quæ vocantur Cardinales, Prudentia, a. 4. q. 6. Iustitia, Fortitudo, Temperantia; & alia com- a. 3. muniter omnibus nota, Religio, Humilitas, Penitentia, Obedientia, Castitas, & similes, quas infrà enumerabo, & naturam singularum ex- cap. 26. a. 27. 28. plicabo breuiter.

Et hec omnes virtutes tam Theologicæ, quam aliae, augmentur in iustis, dum vel Sacramentum aliquod ritè suscipiunt, vel quodvis aliud opus bonum supernaturale faciunt, a quacunque tandem virtute illud procedat: per illud enim augmentur omnes prorsus virtutes in iusto, etiam ex, quæ habent actus suos essentialiter diuersos ab illo operé alterius virtutis.

Porro haec virtutes infusa, tam Theologicæ, quam morales, tamdiu durant in homine iusto, a. 2. ad 2. & q. 6. a. 3. & 4. & 5. a. 4. & q. 7. a. 4. & q. 7. 3. a. 3. & 4. & 5. a. 4. & q. 13. a. 1. & 2. & q. 13. a. 1. ad 2. Et tanquam radicibus quibusdam a Deo relicitur in peccatore, ut actus Fidei, & Spei eliciendo, possit se Divina gratia beneficio disponere ad paenitentiam, & recuperare gratiam per peccatum mortale amissam. Manent tamen virtutes acquisitæ. Fidem verò, & Spem non amittit, nisi committat peccata mortalia Fidei & Spei contraria.

Dilectionis radix est Charitas, inquit B. Lauren- de triumfus Iustinius: virtutes vero ceteræ spirituales rami ph. Christi esse noscuntur, in illâ tanquam in radice inserta. Succi- litagone cap. 14. de radicem, & repente rami fructus exsiccantur, & fo- lia. Tolle de corde hominis iustificati charitatem, & infraeius ceteræ efficiuntur virtutes, scilicet quoad metitum vita æternæ: Charitas autem vel est ipsa gratia iustificans, ut quidam putant, vel verius, comes inseparabilis gratiæ iustificantis, quæ per peccatum sublatâ, etiam Charitas supernaturalis infusa auferuntur.

Deinde sunt aliae virtutes, quæ vocantur ac- quisitæ, quæ acquiruntur non tantum a iustis, 1.2. q. 5. 3. sed etiam ab hereticis, & ethnicis, & a Catholicis in peccato mortali existentibus. Acquirun- 2. a. 2. & 4. & q. 6. a. 2. tur autem per actus similes, non omnes simul (vti acquiruntur infusa, ob quemvis actum, Deo eas in homines iustos infundente) sed ea tanquam quæ sunt similes, & vniuersos cum actibus illis. Exempli gratia: Humilitas acquiritur per actiones humilationis, Patientia per actus pa- tientia, Sobrietas, Temperantia, per actus So- brietas & Temperantia, & sic omnes aliae. A- 202. actus tamen virtutum acquisitarum ritè facti, 1.2. q. 9. 2. disponunt ad augmentum infistarum, ut ait S. a. 1. ad 1. Thomas. Porro si iustus peccato mortali perdat gratiam, & virtutes infusas, (quæ perdi tunc solent) non perdit tamen eas, quas acquisiuit per actus similes & vniuersos. Tunc tamen eas perdit, vel minuit, quando exercet actus con- trarii directè acquisitis virtutibus: humili- 203. tem

tem per actus superbiz; patientiam per actus impatienciam, & sic alios per alios vitiorum contrarios actus.

204. Aliqui dicunt cum S. Thoma, eas minui, & 1.2.q.53. perdi, per solam cessationem ab exercitio virtutum acquisitarum, quando velut mortuæ in 2.3. & 2.2. nobis manent, & suos actus non exercet. Quod q.24.2. ibidem afferit de intellectualibus habitibus. Quod Tironibus diligenter notandum est, quia id graues Theologi constanter afferuerunt. Fugiant ergo tepiditatem, quæ causa esse solet, ut virtutes in tepidis sint sine frequentatione actuorum illatum, & sic pereant, & veluti euangeliant, sine alia contrarietate.

205. Inter has virtutes acquisitas, & infusas, hæc 8.Th.1.2. inter alias est differentia (quæcum ad propositum nostrum spectat) quod per infusas non dominatur, nec frangentur immediate passiones, p.65.a.3. ad 1. & 3. p.89.a.1. nec difficultas in bene operando, quæ sentitur ex parte passionum & habituum prauorum, per actus prauorum acquisitorum, per eas tollitur, vel minuitur; sed solæ virtutes acquisitæ morales hoc præstant, & quidem non omnes, sed ea solum, quæ in appetitu sensuio, & potentia eius, concupiscibili & irascibili, resident, seu inherent, tanquam habitus quidam, & qualitates permanentes in suis subiectis.

Quia tamen virtutes infusæ perficiunt animæ potentias rationales, intellectum, & voluntatem, ut possint actus operari supernaturales ob supernaturalia motiuia, illæ quoque adiuvant ad passionum donationem duobus modis.

Primo, mouendo per imperium rationis & voluntatis potentias inferiores appetitus sensitivus, ut feruentur suos actus, virtutes morales, eis inherentes, eliciant, & per actus sic elicitos, ac ad finem altiorenam eleuator, crescant, & motibus inordinatis passionum, si exurgant, validè resistendo, eos sensim comprimunt, & frangent, & aucta vi eos reprimendi, per auctos habitus, virtutum moralium (qui quoniam actu etiam remitto in probabili sententiâ Theologorum augentur) faciunt, ut semper maior acquiratur dicitio, & potestas supra passiones, & tandem perueniatur ad eorum perfectum dominium, tale, cap.13. quale supra descripsi.

206. Et hoc primo modo S. Thomas ait, per actum rationis, in viris sanctis ligari essentiam somni, qui dicitur lex carnis, fuit membrorum, ut ab omni inordinato. S. Th.1.2. to motu prohibetur. Ut enim ratio recte iudicet, q.17.2.2. præter lumen naturale ipsi naturæ humanae inditum, iuvant ea, quæ sunt in intellectu, virtutes 7.Et 2.2. intellectuales, ei tanquam subiecta suo inherentes, q.4.2.8. & 68.2. rentes, (præter fidem) tres speculatiæ, Sapientia, intellectus, & scientia, dux vero practice, prudentia, & ars cum suis adiunctis. Præter has sunt in voluntate aliae virtutes, & Theologicæ, & morales; illæ sunt, Spes, Charitas, haec sunt, iustitia, & aliae infra explicanda; quanquam, iustitia non est circa passiones, sed circa operationes voluntatis, eas ordinatas, ut docet cum Aristotele S. Thoma. Ar. lib.4. eth.c.6.

Præter hæc est in voluntate imperfecta virtus (quam Aristoteles negat esse virtutem, scilicet perfectam) Continentia, per quam firmatur ratio contra passiones, ne ab eis deducatur: non tamen attingit ad perfectam rationem virtutis moralis, secundum quam appetitus sensitivus sic ratione subditur, ut in eo non insurgant vehementes passiones rationi contrariae, ut docet S. Thomas. Continenzia enim importat resistentiam rationis ad concupiscentias pravae vehementes, per quas appetitus sensitivus vehementer ratione ressistit, ut idem S. Thomas ait.

Dixi suprà, prudentiam esse in intellectu cù suis adiunctis: quia iuxta Aristotelem, & S. Thomam, Prudentia, virtuti præceptiva, tres alia virtutes adiunguntur, tanguam secundarie: Eubulia, quæ est benè consiliatio; & Synesis, ac Gnomus, que sunt partes iudicativa. Synesis est indicativa de agendis secundum communem legem: Gnomus autem secundum ipsam rationem naturalem in his, in quibus deficit lex communis. Quod S. Doctor plenius alibi explicat.

Secundo modo virtutes infusæ concurrunt ad demandas passiones per suos actus similes quoad nomina, motibus seu actibus passionum, quia se adiungendo suis actibus, faciunt, ut homo validius operetur adiutus, & ab habitibus, qui sunt in intellectu & voluntate, & ab aliis, qui sunt in solâ potentia concupiscibili & irascibili, quos excitant.

Porrò inter omnes virtutes infusas, maximam vim habet Charitas. Est enim, ut ait B. Laurentius Iustinianus, Christi gladius celestis, qui carnis, animæq; confederationem noxiæ (per indomitæ passiones initam) diuidit, & emolliit, rixas (mortificando inordinatos affectus) commonet, & pacificos perturbat hostes. Pugnare facit, ut virtutis trophae reportet Spiritus, atque naturalem carnis sibi vendicet dominatum: qui nil aliud est, quam dominium passionum carni nostra insistarum, in potentia eius sensitivis, irascibili & concupiscibili.

CAPVT VIGESIMVM SEXTVM.

Cum passionum dominium raro concedatur, an non sit presumption, velle illud sequi?

R Epondeo non esse presumptionem has ob causas.

Primo, quia Deus vult, ut simus imitatores eius, & ut simus perfecti, scilicet ipse perfectus. Hoc autem nos assequi per passionum dominum docet S. Ambrosius, ponderans illa Dei verba Moysi dicta: Posui te Deum Pharaoni: Etenim, inquit, videris passionum omniam, nec illi captus seculi illecebrius, qui omnem istam secundum corpus habitationem, celestis puritate conuersationis obduxerat mentem regens, carnem subiiciens, & regia quadam

quadam auctoritate castigans nomine Dei vocatus est: ad cuius similitudinem se perfecta virtutis ubertate formauerat.

Hoc ipsum docuit S. Basilius magnus in Oratione, & ferè primus extra eremum vita spiritus. Qualis Magister: Qui, inquit, in se ipso, quantum in ipso sit, natura Diuina liberrimam affectuum tranquillitatem imitatus fuerit, hic defadatam prius in animo suo Dei imaginem, restitutus pristino nitor. Dominum autem passionum prestat hanc affectuum ubertam tranquillitatem. Deinde pergit ostendere, hoc esse, per imitationem fieri similem Deo.

Qui vero eo modo, quo diximus, Deo se similem efficeris, si proflus Diuina etiam vita similitudinem acquisias, perpetuo deinceps in assidua usque beatitudinem mansuras.

Secundus. Non est presumptio aspirare ad acquirendum dominium passionum, quia hoc iuxta ordinarium cursum Diuinae prouidentiae, non nisi per acquisitionem eximiari virum acquiritur. Vult autem Deus, ut amulemur Charismata meliora: ut semper, in anteriora tendamus: ut semper crescamus in salute: ut crescamus in illo per omnia, qui est caput Christi. Nunquam iustus arbitratur se comprehendisse, scribit S. Bernardus, nunquam dicit, satis est, sed semper esurit, stetitq[ue] institutam: ita ut si semper viveret, semper, quantum in se est, iustior esse contendere: nam semper de bono in melius totu[m] virib[us] conatur. Per talen autem eonatum, cum profectu in virtutibus coniunctum, certissimum peruenitur ad passionum dominium.

Tertius. Non est presumptio dare operam, vt corpus & anima fiat decora habitatio Deo, cuius deliciae sunt esse cum filiis hominum. Atqui vrait Abbas Chremon apud Cassianum, discitores de subiugatione rebellium corporis passionum. Factus est, inquit, in pace locus eius, id est, non in conflitu certaminis, & colluctatione vitorum, sed in castimonia pace, & corda tranquillitatem perpetuam. Hunc igitur pacis locum extinctione carnalium passionum sequi merueris obtinere, ex hoc quoque proficiens gradus ac syon spiritualis, id est, Specula Dei, consequenter effectus, erit etiam habitatio eius. Non enim in conflitu continet, sed in iugi virtutum specula Domini commoratur, ubi tam non retundit, non comprimit, sed in perpetuum confringit potentias arcuum, ex quibus videlicet aduersum nos quondam libidinum iacula dirigeantur ignita. Atqui hoc prestat passio- num dominium. Decora est anima, inquit S. Ambrosius, que passiones corporis subigit. Et ad virtutum officia convertis, repugnantesq[ue] motus sibi obedientes efficiunt. En quā apte paucis verbis descripta S. Doctor passionum dominium, & quantopere reddat animam Deo decoram: proinde presumptio non est, ad illud aspirare, ut sumus dignum habitaculum Dei.

Quartus. Non tantum non est presumptio desiderare passionum dominium, quod non nisi per excelsos gradus virtutum acquisitos ob-

tinetur, vt potius id signum sit, in tali anima in- habitantes Dei, si cetera requisita ad hoc ha- beat, & nil foueat Diuinæ voluntati contra- trium. Queramus, inquit S. Bernardus, vt dona sua Andr. multiplicet Deum in nobis (per hæc autem multipli- cata, obtinetur passionum dominium) & spiri- tum suum augeat, qui iam primicias dedit. Nullum enim omnino presentis eius certius testimonium est, quam desiderium gratia amplioris: quoniam ipse di- cit: Qui edunt me, adhuc esurient, & qui bibunt me, ad- buc sient.

l.2. de S.

Eccl. 14.

CAPUT VIGESIMVM SEPTIMVM.

Quae virtutes sunt in potentia concupisci- bili, ut moderentur eius passiones?

Respondeo Primo, In genere loquendo cum S. Thoma: Omnis virtus circa passiones, est in appetitu sensu. Item: Eadem virtus potest esse circa a. 4. ad 4. multas passiones propter contrarietatem, vel propter eandem rationem repugnandi rationi. Item: Eadem 1.2. q. 60. virtus moralis est circa contrarias passiones. Item: Eadem 1.2. q. 60. virtus moralis, scilicet Temperantia, est circa omnes passiones concupiscibilis, quia se consequuntur, & ordinantur ad idem. Non autem circa passiones irascibilis. Alij tamen id negant, ponentes in voluntate virtutes probabiliter.

Rayn. l.1.

f. c. 3. n.

Respondeo Secundo cum S. Thoma: In appetitu seu potentia concupiscibili, sunt ex virtutes, que moderantur sex eius passiones, amorem, odium, desiderium seu concupiscentiam, abominationem, delectationem, tristitiam seu dolore. Sunt autem haec: Temperantia, liberalitas, Philotimia, id est, amor honoris, veritas, affabiliitas, seu amicitia, eutrapelia.

104.

219.

Temperantia passiones appetitus concupisci- bilis moderatur circa obiecta delectabilia sen- suum, praesertim gustus & tactus, ut sunt cibi, potus res venerea, relascendo inordinatas ho- rum sensuum cupiditates.

220.

1.2. q. 60.

Temperantia habet alias partes integrales, alias subiectivas, alias potentiales.

221.

a. 4.

Partes integrales (qua sunt perfectiones qua- dam in actibus temperantie reluentes) sunt 2.2. q. 61.

a. 2.

Honestas est perfectio consistens, in decoro seu decentia operum Temperantie, habens 2.2. horrorem cuiusvis turpitudinis contrariae ho- nestati.

S. Ambr. l.

Verecundia est metus quidam in committen- dis rebus turpibus.

222.

Partes subiectivas, vel potius species Tempe- rantie sunt 4. Abstinencia, Sobrietas, Castitas seu Pudicitia, Virginitas.

223.

Sed Theophilus Raynaudus in aucto suo O- pere de virtutibus & vitiis, duodecim partes subiectivas numerat Temperantie: Amorem moderatum sui ipsius, Studiostatem, Castitatem,

1.6. f. c. 3.

Ab-

NICOLAI LANCICII OPUSC. SPIRITAL.

324

Absentiam, Eutrapeliam, Modestiam, Humilitatem, Mansuetudinem; & quatuor innomatas, priorum trium sensibilium externorum, & obiectorum imaginabilium prosecutionis, moderatrices. Sed has subtilitates relinquunt pro scholis, mihi satis erit breuiter innuere officia harum virtutum, quae conductant ad moderationem & dominium consequendum. Passionum.

225.

Aſſimilatio cibi, *Sobrietas* potus vſum & voluntatem in vſu eorum frēnat & temperat, spēctatā conditione personæ, ætatis, laborum, sanitatis.

226.

Castitas est inordinati vſus rerum venerarū frēnatrix. Ad hanc spēctat *Pudicitia* tanquam pars eius, quæ aspectum, os, & manus continet, ne in aliquid inhonestum castitati contrarium tendat, ut sunt oscula & tactus & aspectus impudici.

227.

Virginitas removet ab omni actu venereo, etiam licito, qualis est coniugalis.

228.

Partes potentiales Temperantia, sunt quædam virutes ei līmiles, refrānentes inordinatos appetitus, circa aliqua delectabilia tactus obiecta, non adeo vehementia. Hæ virtutes sunt 8. aliquid sunt in concupisibili, aliisque in irascibili: Continentia, Mansuetudo, Clementia, Modestia, Humilitas, Studiositas, Eutrapelia, Parcitas, seu Simplicitas, seu quod idem est, Moderatio.

229.

Continenzia frēnat & continet motus voluntatis inordinatos à quibus infestatur ne supereretur à passionibus appetitus sensitui, à quibus excitati sunt.

12.c.10.11.

Modestia actuum exteriorum moderationē præscribit, tum ut eo ordine fiant, quo fieri per est, tum vt decenti modo fiant, tum vt cum quadam decorā maturitate, etiam cum amicis fiant, etiam in colloquiis, ludis, & iocis, & omni situ ac compositione motuque membrorum.

230.

Studiositas efficit, ne quid homo scire velit, quod ei non conuenit, & ne omittat acquisitionem scientie eorum, quæ ei conueniunt, & eo modo, quo acquirendæ sunt, fugatque tum curiositatem, tum torporē in quærendā rerum necessariarum notitiā: sed magis curiositatē, ad quam maximē natura nostra propendet. Nā, vt bene scribit Seneca, si se consuluerit, quantum cupiditatem habeat ignota sciendi, quantum ad omnes fabulas exciterit.

231.

Eutrapelia quidam, & labores peregrinationis longissime, vñā mercede perpetuantur, cognoscendi aliquid abditum ignotum. Hac res ad spectacula populos contrahit. Hæc cogit præclusa rimari, secrete, exquirere, antiquitates evoluere, mores barbararum audire gentium. Curiosum nobis natura ingenium dedit, & artis sibi ac pulchritudinis sua concia, spectatores nos tantis rerum spectaculis genuit, per diutina fructum sui, si tam magna, tam clara, tam subtiliter ducta, tam nictida, & non uno genere formosa, solitudini ostenderet.

232.

devita beatā c.

320.

Parcitas seu Simplicitas, seu Moderatio, facit, vt homo rebus exterioribus corporis, puta, vestibus, librīs, aliā suppellecili & ornatu, moderatè vtratur, & superflua ac speciosa, ac nimium elegantia, & affectata respuit, non admittat.

Liberitas regit passiones amoris concupiscentia, & delectationis circa pecuniam, & facit, vt homo debite ac rationabiliter & alacriter pecuniam expendat, nec eam immoderatè querat.

Philosomia tres superiores passiones concupiscentiales circa honores, & dignitates moderatur.

Veritas id spēctat, vt quod sentit, verbis faciliisque decenter declarat.

Amicitia, vel Affabilitas, scilicet in rebus seruis comitem accommodare satagit, & ab Aristotele dicitur esse *benevolentia in mutua affectione* v. 1.8 eth. cap. 2.

Eutrapelia comet faciemque se in rebus ludicris & recreationibus ostendere gestit, decenter & honeste.

Patentia contra tristitia passionem rationis bonum tuerit, idcoque in appetitu concupiscentiali vbi ea passio vigeret, sedem suam habet, praestans id homini, vt aduersa æquo animo perferrat, nec ob ea intus perturberetur, & ne exterius villo signo vel actu indecoro, perturbationem internam prodat. Quando autem ad eum gradum Patientia ascendit, vt gaudet de sustinentiâ calamitatum, iudicio S. Chrysostomi, eo h. i. in rum est qui naturam iam transcederunt, cor Thessal. puisque habent nullis vltra passionibus obnoxium.

CAPVT VIGESIMVM OCTAVVM.

Que virutes sunt in potentia irascibili, ad moderandas eius passiones, & que singularum natura?

R Eſpondeo cūm in potentia, seu (quod id est) in appetitu sensitivo irascibili sint quinque passiones, Spes, Desperatio, Timor, Audacia, Ira, illæ virtutes sunt in eo, quæ moderantur has passiones. Sunt autem hæ virtutes, Fortitudo, Magnificentia, Magnanimitas, Mansuetudo, Clementia.

Fortitudo virtus puræ moralis, & quidem virtus voluntatis non intellectus, regit spem, audaciam & timorem, iisque vtritur ad bonum alii, quod rationi conforme alsequendum, facitque ut ita se animus in rebus terribilibus & periculis ac laboribus gerat, vt nec per inordinatam timorem, mortis præsertim, nec per audaciam deniet à recta rationis præscripto, iuxta illud, modo aggrediendo difficultia, vt labores & pericula, eaque sustinendo, modo se subducendo ab illis, cūm opus est, præsertim in occasione.

occasib[us] mortis , quæ est eius principalis materia. Vide infra numer. 255, de Fortitudine. q[uod] 3. *Fortitudo*, inquit Seneca , non est inconsulta temeritas; nec periculorum amor, nec formidabilium appetitus; sed est scientia distinguendi, quid sit malum, & quid non sit. Hoc cognito, fortitudo prudenter aggre- 1. de cōsiderat, dum opus est formidabilitas. Et idem S. Ber- nardus Fortitudinis Matrem esse ait prudentiam (id est directricem) , vii & omnium aliarum virtutum. Non enim fortitudo , sed temeritas est , quilibet a[us], quem non parturuit prudenter.

241. *Fortitudo* habet partes potentiales sibi annexas, iudicio S. Thomæ & aliorum; Fiduciam, Magnanimitatem, Securitatem animi, Magnificentiam, Patientiam, Longanimitatem, Perseverantiam: quæ vocantur Fortitudinis partes, ob similitudinem & coniunctionem cum eā, et si non sint tamvis illa, excellentes. Infrā singularium officia adferant & describā. Negat Raynaudus has partes potentiales.

242. *Magnificentia* quæ debitam pecunia acquisitionem & dispensationem spectat, inquantum illa difficile acquiritur, ideoque regit passiones Spei & desperationis, eas reducendo ad debitam moderationem , ne limites recte rationis excedant, & excitat animum ad sumptus magnificos, ratione conformes faciendo, vt sit in alle- uandâ fratum necessitate munificus.

243. *Magnanimitas* easdem passiones regit, dum circa bona difficultate verlanterit, inquantum sunt bona acquisita difficultia , à quibus alioqui voluntas auerteretur horrore difficultatis, nisi interuenit Magpanimitatis firmarecurt, qua etiam omnem abigit ignauiam in exercitio virtutum, & erigit animum ad procurandum, dum opus est, honorum, vel contemnendum iuxta rationis præscriptum: quanquam hoc ultimum esse proprium magnanimitatis ait Raynaudus, prout recensetur inter membra Temperantia.

244. *Habet hoc in se generosus animus*, inquit Seneca, quod concitat ad honesta. Neminem excelsi ingenii virum humilitate delectant & sordida. Magnarum rerum specios, ad se vocat & extollit. Quemadmodum flamma surgit in rectum, iacere ac deprin non potest, non magis quam quiescere; ita noster animus in motu est, & mobilis & actus, quod vehementer fuerit. Sed felix qui ad meliora hunc impetum dedit. Ponet se extra ius ditionem, Fortuna scunda temperabit, adversa communuet, alis admiranda despiciet. Magni animi est, magna contemnere, ac mediocria malle, quam nimis. Sine magnanimitate, iudicio S. Nazianzeni, conatus virtutum ferè irriti sunt. Laudes Magnanimitatis vide apud Senecam & apud Dionem.

245. *Mansuetudo* moderatur iram, præsertim tempore iniuriarum: & vt scribit S. Isidorus Pelu- fista, crudelitatem coercet , quippe iracundia so- bolem.

246. *Clementia* præscribit mediocritatem seruan- tiam in puniendis culpis , estque superiorum

propria. In natura misericordia. Ideo Cicero loco clementiae misericordiam dixit ob affinitatem, vt obsequiavit S. Augustinus. Diuersa est

1. cont.

vittus à mansuetudine , et si aliqui contrarium Ad. cap. doceant, quos bene refutat noster P. Theophilius Raynaudus, in nunquam satis laudato ope-

cap. 7.

dito de Virtutibus & vitiis. Clementia enim remotum obiectum materiale est poena; proximum autem est, remissio poenæ ac temperatio.

247. *Mansuetudo* verò occupatur in ira moderatione, que sunt diuerla honestates. Aliud quippe est, non finere se corripi ab ira, sed debitum ei modum ponere , quod facit mansuetudo; aliud, moderari punitionem externam, quod si ne ira fieri potest, & ad Clementiam pertinet.

248. Meritò ergo anteā docuit S. Thomas clementiam à mansuetudine esse diuersam: hæc enim est moderatio iræ illa, est moderatio poenarum.

249. *Fiducia* animum perficit ad prompte res at- duas circa mortis periculum (quod fortitudo præstat) suscipiendas.

250. *Securitas* animum tranquillat & corroborat ad aggredienda magna opera virtutis , & ne à molestiis & curis anxiis, ex timore errandi vel præpostere agendi ortis, perturbetur.

251. *Longanimitas* dat animo ut ad futura speranza tendat, sine villâ pusillanimitate , et si res diu differantur, & vt diurnas molestias mentis & corporis æquo animo ac spe meliorum sustineat.

252. *Perseverantia* (vt est virtus distincta à dono perseverantie finalis, quæ sita est in efficacibus Dei auxiliis, quibus Deus hominem in fine vita in suā gratiā iustificante conservat) facit, vt animus non obstante temporis diuturnitate , in virtutis, alisque bene inchoatis officiis perstet, donec assequeatur, quod intēdit: aut finiat, quod benē capit. Stabiliter & perpetuo permanendo in ratione bene considerata, vt ait S. Augustinus.

253. *Constantia* facit ut animus stabiliter & infra- 250. Etē duret in beneceptis, non cedendo impedi- 2. 2. q. 123. mentis virtutis, extrinsecis terroribus, molestiis, suppliciis, & difficultatibus , aliunde quam à 137. 1. 3. diututinate temporis exortis ; & viuere ac cepta, sive quæcumque firmitas in bono , non spectat ad singularem virtutem fortitudinis, sed Raynaudus. est generalis conditio virtutum omnium, qua- 1. 3. p. 4. rum unaquæque habenti confert, vt immobili- 1. 3. p. 4. S. Amb. rit operetur, sitque in eius executione & exer- 1. 2. Offic. citio propositi tenax.

254. *Humilitas* spei & audacia passiones ita regit, ne quis sibi plus , quam re ipsa conueniat suæ 251. 2. 2. q. 161. personæ, adscriptum velit , & ne animus ad se a. 6. altiora feratur, sed potius despici & se in vici- mo loco collocari appetat.

CAPVT VIGESIMVM NONVM.

An omnes virtutes moderentur passiones,
Et quomodo perducant ad passionum
dominium?

252. In primis notandum est, quod docet S. Ioannes Climacus: *Vnā aliquā virtute singulas perturbationes evacuari.* Et quod ait alibi: *Tenerum cor ad sui custodiam erexit passiones edem.* Hoc posco.

253. Respondeo non omnes virtutes immediate moderantur passiones, easque subiungant rectæ rationes, & inducent passionum dominium: omnes tamen conducunt ad passionum moderationem. Quod vt intelligatur melius, notanda est doctrina Aristotelis recepta a S. Thomas: *Decem sunt virtutes morales circa passiones: scilicet Fortitudo, Temperantia, Liberalitas, Magnificencia, Magnanimitas, Philotimia, Mansuetudo, Amicitia, Veritas, Entrapelia.* que distinguunt secundum diversas materias, vel secundum diversas passiones, vel secundum diversa obiecta. *Quibus si addatur Iustitia, que est circa operationes, erunt omnes undecim.* Hæc S. Thomas.

254. Aug. 1.19. Iustitia est virtus voluntatis (nam est in voluntate tanquam in suo subiecto, iuxta S. Thomæ doctrinam) tribuens vnicuique quod suum est, alienum non vendicans: sic describitur à Iust. de casto con. cap. 13. S. Augustino & S. Gregorio Nysseno & B. Laurentio Iustiniano. Iustitiam, que immediate circa actiones versatur, non versari immediate circa passiones, sed ex consequenti, & tantum mediante ea virtute, cuius est eam passionem coegerere, docet S. Thomas. v.g. Si iuris alieni conservatio periclitetur propter nimium divitiarum amorem, vult S. Thomas Iustitiam sibi auxiliatricem aesciscere liberalitatem, & eius ope illum insta operationis obicem remouere. I.i.f.4.c.1. Idem docent graues Theologi, citati à nostro n. 216. & Theophilo Raynaudo in praelato opere de scqq.

255. Arist. l.3. Fortitudo est virtus appetitum irascibilem ac voluntatem perficiens, quā labores mortisque pericula ex recte rationis dictamine constanter dum opus est, suscipiuntur & perforuntur seu sustinentur, & timores depelluntur audaciaque compescuntur. Duo ergo habet officia, aggredi dum opus est pericula, & sustinere ea ac pati. Alia de fortitudine dicta sunt supra. 1.1. 140. Seu, est virtus moralis specialis, inducens mediocritatem circa affectus timoris & audacie, obstantes honestati hominem decenti circa pericula & res arduas, vt bene docet Theophilus Raynaudus. num. 31. Dixi fortitudinis functionem ex directione rationis esse debere: quia, vt bene ait Clemens 1.7. strom. Alexandrinus: *Nulus circa rationem fortis, est cognitione preditus.* Nam pueros quoque sic dixeris aliqui fortes, qui que sunt formidabilia sustinent, propter eorum que sunt gravia ignorantem. Ignem

quidem certè sic tangunt. Et feras que in hastis incurruunt, cum sint fortes citra rationem vocauerint ratione prædictas. Fortassis etiam hi fortes dicent præficiatores, se in gladiis rotantes, qui ex quadam experientia propter villem mercedem, malam artem exercunt.

256. Temperantia est virtus cohicens passiones appetitus concupisibilis, quæ versantur circa delectabile sensuum, præcipue gustus & tactus, ad quorum duorum sensuum functiones aliorum sensuum actus ordinantur. De hac suprà dictu. est n. 220. 221.

Qui tamen specialibus Divinæ gratiæ auxiliis, magnoque conatu mentis studet acquisitionis virtutum moralium, per eas tanquam per effectus Divinæ gratiæ evehitur ad plenitudinem charitatis perfectæ, & similitudinem Dei non vulgarem, adferentem dominium seu vacuitatem passionum, suprà explicatam. Quā de re subtiliter disseruit S. Diadochus, ideoque attente legendus est hoc loco. Duo nobis bona per baptismum regenerationis cap. 89. sancta gratia comparata, quorum alterum alteri, infinito interno amiculum: sed illud quidem statim tangitur. Renovat enim nos in ipsa aqua, & cunctas anima lineas, id est, quod ad imaginem Dei omnibus ringis peccati nostri detractis splendescere facit. Hoc vero, id est, quod est, Ad SIMILITUDINEM DEI, nō statim largitur, (& in hac similitudine Dei, includitur intrinsece etiam dominii passionum.) sed expectat patiū, vt illud, nobis adiutorius operetur. Cum igitur caperit mens multo sensu suavitatem Dei gaudescere nos oportet, tunc gratiam incipere veluti depingere in IMAGINE SIMILITUDINIS. Ut enim pictores, primum quidem uno colore figurā hominū depingunt, postea verò colorem colori paulatim imponentes, speciem similes pictura usque ad capillum saluam retinent; sic gratia Dei, primum quidem quod erat ad imaginem Dei factum, in eum statim, qui erat, cum factus est homo, per baptismum, continuat & aptat; cum autem videt nos toto animo PVCHRITVDINEM SIMILITUDINIS cōcupiscere, starare in suā officinā nudos, ac nullis admiratione res captos, tunc virtutem virtuti addens, instar florū, speciemque anime & claritatem in claritatem transferens, formam similitudinem Dei ei adhibet. Ita, vt sensus quidem declareret, formari in nobis illud quod est ad SIMILITUDINEM, perfectionem verò similitudinem ex illuminatione cognoscemus. Meus namque proficiendo mensurā quadam & rhythmicā temperatione arcana, per sensum virtutis uiuersus recipit: Spiritualētē verò charitatem nemo comparare potest, nisi ab Spiritu sancto plenissimè illuminetur. Nisi enim mens similitudinem Dei per Diuinum lumen perfectè recipiat, ceteras ferè virtutes habere quidem potest, (scilicet acquisititas morales) perfecta verò charitatis (in totâ suâ amplitudine essentiali & accidentalī) adhuc expers remanet. Siquidem cum similitudinem Dei accipit (quatenus homo fieri potest similis Deo) tunc ferè similitudinem diuina charitatis. Ut enim in in tabulis, qua

Rom. 1.24. ad similitudinem aliarum pieta sunt, totum illud floridam colorum, qui sunt additi imagini similitudinem pictura per omnia seruat. & resinet usque ad imitationem etiam subdientis, sic in iis, quos diuina gratia ad similitudinem Dei depingit, illuminatio charitatis addita, declarat eum, qui ad imaginem Dei factus est, esse ex omni parte similitudine Dei decoratum. Non enim potest alia virtus Vacuitatem Passionum ipsi anima acquirere, nisi sola charitas. Plenitudo namque legis dilectionis est. Quamobrem renouatur quidem homo noster interior de die in diem in gressu charitatis, impletur veritas, cum hac perficitur.

CAPUT TRIGESIMVM.

M.A.C. 24. An sit contra perfectionem dominij passionis, vehementer irasci, & acriter reprehendere, & punire dyscolos & alios delinquentes?

217. Conf. 2.14. R Epondeo cum S. Basilio, non esse contra perfectionem dominij passionum vehementer irasci, & reprehendere & punire, si adint 4 conditions. Primo si iusta sit causa iracundiae. Secundo si non praecuerat rationem, sed ab ea voluntariè impetratur, & quasi exurgere iubatur. Tertio si sit coniuncta cum mansuetudine interna, perturbationem omnem animi excludente. Quartu si non sit vallis excessus in reprehensione quoad acerbitatem verborum, & feritatem gustuum ac vultus immoderata, & quoad gravitatem pene peccatum committit in altero castigante. Quā de re sic loco citato scribit S. Basilis:

Mansuetudine cum primis plenis esse Monachus debet. Ceterum si virus inciderit, ut suscipienda aliquando nobis aduersus aliquis negligentiā indignatio sit, qui sit in nostra ditione, adhibenda in eo cura est, ut indignatio ratione sit temperata. Siquidem gladius Medicis vultus & homicida. Verum hi, quid ad eos traditando ira atque immunitate impulsū accedunt, scelopisima per eos designant facinora, & vitia spoliant. Illi contrā quod ex ratione ipsis vt vultus, magnas ex iis affert violentias. Siquidem eorum opera vni, constitutis homines in periculis liberant. Eodem modo etiam quicunque adhibita in consilium ratione sibi indignandum censuerit, magnopere illi vultus fuerit aduersus quem animo incitatus sit, nempe qui eius vel negligenter corrigat vel improbatem. Contrā vero qui ab ira vinci se sint, ab eo rectum profici si nihil potest. Non esse vero alienum ab iis, qui mansuetudini student, animo interdum incitari, hinc perfici facillime potest, quod Moses, de quo in Sanctis literis testatum habemus, mortaliū eum omnium longe mansuetissimum fuisse, ubi ita temporis ratio poscere visus est, vehementissimē est indignatus, atque eatenus animi concitatio ne progressus, ut eam non alia ratione quam suorum cede terminarit: hocque tum cum vitulum illum fabricarunt, tum etiam cum nefariis se Beelphegor riti-

bus polluerunt. Ex quo intelligi facile potest, ut quis adhibita ratione animo incandescat, posse nihilominus eum dignitatem mansuetudinis incorruptam reinvenerit. Nam illud omnino, nunquam moueri, aut, sicut opus sit, non indignari, natura potius lenitudo, quam mansuetudo appellanda est. Porro mansuetudini naturaliter etiam fere adiuncta est patientia mater. Neque minus etiam alia virtus Vacuitatem Passionum ipsi anima acquirere, nisi sola charitas. Plenitudo namque legis dilectionis est. Quamobrem renouatur quidem homo noster interior de die in diem in gressu charitatis, impletur veritas, cum hac perficitur.

Ex. 32.28.

258.

Confirmatur haec responso, Christi Domini exemplo, qui etiā dominium passionum habuerit maius, quam vallis Sanctorum, tamen irascitur. Mar. 3.5. Acriter increpabat Iudeos. Matth. 3.7. & cap. 12.34. Vocans progeniem viperarum, & ut obseruauit B. Laurentius Iustinianus, cum inuenisset in templo vendentes, facto ex fumiculis flagello, omnes eieciū ē templo & namulariorum effudit as, & mensas subvertit. Ioan. 2.15. Et Spiritus sanctus, qui procul dubio nil suadet perfectioni summae contrarium, monuit: Irascimini & nolite pecare. Quod fit, ut S. Gregorius ait: Cum ira etiam delinqüentibus culpas exequitur, non debet mentis quasi domina praeire, sed post rationis tergum, velut ancilla famulari, ut ad faciem iussa veniat. Quare benē S. Bernardus scripsit: Non irasci vbi irascendum est, peccatum est: plus irasci quam irascendum est, peccatum peccato addere est. Sanctus,

259.

quoque P.N. Ignatius habuit dominium perfectissimum omnium passionum, ut supra ostensum est; tamen teste Maffeo, si quando (quod tamen perrard siebat) rei necessitate coactus ruitum induceret severorem, & aliquem increparet severius, tanta erat vis pondusque verborum, ut contra ne hiscere quidem auderet quisquam. Idque preferim in causa viri cuiusdam insignis apparuit, qui cum turbulentior esset, quam ut eū diutius ferri oportaret, cumque eius animum Ignatius blandū monitus precepit, ne quicquam sanare tentasset, ad extremum oratione cōversa, diuinam testatus iustitiam, ac celestia ira minas intentans, tantum ardorem spiritus presuluit, ipsi ut parieres, rectaque, non dubio motu nutari, & concuti viderentur. Quo terrore perculsi qui aderant, illico procumbentes. Dei pacem precibus ac votis exposcere, ipse verū qui accusabatur exanimis ad pedes Ignatij se se confessum abiecit, ac supplex confusa voce, culpe veniam petiit, seque posthac in officio fore pollicitus est. Irascimini, inquit S. Ambrosius, vbi est culpa, cui irasci l. Offic. debemus. Non potest enim fieri ut non moueantur rei indignitate, alioquin non virtus, sed lenitudo & remissio iudicatur. Et non irasci vbi irascendum est, peccatum est, ut dixit S. Bernat. paulo ante citatus. Immō hoc est signum animi in passionum frānatione proficientis, iudicio S. Diadochi. Postquam, inquit, cap. 71. anima cepit passiones superare, non patitur iam tum

pre-

E e 2

propter contemptum rerum præsumtum, tum propter charitatem, ut videat, ne per somnum quidem, legem Dei violari; quin potius trahatur male facientibus, quod ad videat contumeliosos in virtutem iustitia, dignitate iustitia p[ro]tegere. Et 1. Sid. Pelusiotæ, Mansuetum, 418. inquit, hominem Scripturam pugnacē ac bellicosum redit, cūn qui p[ro]p[ri]a aduersus Deū aliquid molitur. Ad hunc modū Moysen aduersus populare suo excusat. Sic Phineas item iniquos ac sceleratos pugione confudit. Sic David, cum aduersus Philisteum decertant. Sic Petrus, cum zelo incensus gladium adhibuit, quo tempore Dominus pacis bellum à Iudeis inferebatur. Sic S. Kunegundis malè viuentem Monialē verberauit. Divinum oraculum, inquit S. 1. Sid. Pelusiotæ, Non simpliciter irasci, sed frustrā ac temerē veniat. Lices enim irasci, cūn id vel ob Dei gloriā sit, vel ob eos, quibus iniuria insertur, vel vt proximi ad meliorem mentem reuocentur. Nam & Moyses vir alioquin summā lenitate prædictus, in eos, qui vitulum efficerant, ira exaruit, eosq[ue] funditus de medio tolli insit: & Phineas iū, qui stupri crimen se deuinxerat, iratus est, eosq[ue] lanceā interemerit; & Elias Iudaei, eosq[ue] fame attrivit; & Paulus Elyme, & Petrus Anania & Saphire, & Peter filio, & Magister discipulo ignauia torpenti ira citur: nec quisquam iracundiam hanc esse dixerit, verū Philosophian & curram ac solitudinem. Cum ergo vel dediuina gloriā, vel de vindicandis eorum, qui leduntur, iniuriis agitur, vel de proximorum emendatione, lices irasci. Ob eam enim causam nobis ira insita est, non vt nos quoque peccemue, sed vt peccantes prohibeamus; nec vt ea turbidus motus ac morbus sit, verū vt vitiisarum affectionum medicina. Nos autem medicamentum in venenum commutamus, dum eo ad ea, que minime decet, abutimur. Scilicet, diu rascimur quando non oportet, & plus quam oportet. Et alio in loco sic scribit: Corporis voluptates lepida sunt, eamque vim habent, vt hominē velut præstigiis quibusdam illiciant, ac rationem ē principatu exturbent, atque omnia sursum & deorsum miscant. At si ira rationi suppetat ferat, ac tanquam fitator Regi obedientem se præbeat, facilis negotio illa op[er]imentur. Iuslā enim ira aduersus eas excitatas minas haudquaquam sustinebunt: verū irrito conatu abi- bunt, victoriam rationi, que vicitrix esse debet, concedentes. Atque hoc est, quod Psalter monuit: Irascimini & nolite peccare. Quocirca benè Nemelus iram appellavit, satellitum rationis: & Aristoteles, Passiōnem ira excitatam per virtutem fortitudinis, adiuvare ad actum eius fortius exequendum, ut supra dicimus. Quā de re præclarē idem sic statuit: Qui ob qua oportet, & quibus oportet irascitur, addo etiam, quo modo & quando, & quousque debet, laudatur, effe que is mansuetus potest, quippe cū mansuetudo ipsa, laude afficiatur. Mansuetus enim ille est, qui perturbatione vacat, & ab affectu minime ducitur, sed quem admodum ratio ipsa statuerit: ita, & ob id, & tamdiu succenserit. Peccare que potius videatur is defectu: (si non irascitur dum opus est) quippe qui non ad vitionem, sed ad veniam dandam promptior sit. Potest ergo cū perfecto passionum dominio consistere ira moderata ac iusta, cū acris reprehensione & pu-

nitione æquā coniuncta, sed maximē, cum animo minimē perturbato. Hoc oculatus testis in S. Ignatio Ribad. sic descripsit: Vidimus persp[ec]tivam illū 260.

affabiliter bilareque & magnā animi agitatae collo. Rib. lib. 5.

quemē cum suis, accersere aliquem, quem obiurgare cap. 5.

vellet, primoque illius aspectu commutare vultum, ad seueritatem compondere, & quasi iratus esset, grauius

bominem corripere & castigare, statim tamen atque

ille excesserat, p[ro]p[ri]o quidem temporis interiecto, ad

suum illam tranquillitatem iucunditatēque sermo-

nis, sereno vultu, explicatā fronte redisse, perinde ac se

nunquam aut ille interuenisset, aut quenquam obiur-

gesset. Quocirca benè Plato scripsit; quadam 1.5. de leg.

vita corrigit non posse sine genera quādam irā. Et

antedī dixerat; Oportere iracundiam quemque virum

esse, & maximē etiam mitem. Vi fecit in exemplis

nunc allatis S. P. N. Ignatius. Et vt addit Plato:

Qui sine modo & remedio praus malus, est, in eum 1. deira

irā liceat liberius laxare. Quia, vt ait Lactantius, si

ne irā peccatum non potest corrīgi. Cum vero Ignatius

obiurgaret quenpiam (vt idem alio in loco scribit) 1.5. c. 6.

sape animadversum est, sermonis grauitate adjunctā,

acerbitatem omnem absuisse, neque eum verbo momor-

disse quenquam, sed rerum severā explicatione cōpu-

xisse. Neque enim quenquam cum afferuis etiam obiur-

garet, vocabat aut non obedientem, aut superbū, aut

inertem, aut pigrum, sed quid cūque inesse ritū, rei ex-

planatio ostendebat. Et constat illū per 30. & ed amplius annos, ne satuum quidem aut stupidum appellasse

quenquam, alioque contumelioso verbo affectisse. Hinc siebat 261.

vt alibi narrat idem Ribad: vt in tantā hominē 1.5. c. 7.

multitudine, nemo ferē ab Ignatio, aut verbi castiga-

tus aut penitentiā aliquā grauiore affectus indignari-

tur, nemo in obiurgantem irā, vel aliquā perturbatione

incitaret, sed in se ipsum exardeceret, quod deliquis-

it. Quod ed mirabilis fuit, cum Ignatius solitus fuenterit,

pro minimis delictis magna nonnunquam penas con-

situere. & in leibus erratis grauiā interdum exempla

flature. Sentiebant enim omnes, se illi filios esse charis-

mos, & tantum cuique imponebanturis quantum ferre

posset, vel aliquantū etiam minus, ne ponderis magnitudine

oppriemerent, sed potius cum gaudio illud perfer-

rent, & non gementes. Se vero ab errore revocantes, e-

quod complectebatur ac suscipiebat, ac si nihil deliquis-

it, vt praesenti benevolentia illorum minueret vere-

cundiam, & omniē errati memoriam sempiternā obli-

uione deleret. Ille est modus irascendi obiurgandi

& puniendi, habentium passionum dominium.

Sic Moyses, qui teste Spiritu sancto erat vir 262.

misericordissimū super omnes homines qui morabantur in Nu. 11.

terra, tamen, vt loco supra citato notat B. Laur.

Iust. accensu zelos, 23. millia virorum, qui vitulum au-

reum adorare præsumperant, uno die iugulauit. Etiam Ex. 31.

perfecti habuerunt motus suos, sed aliis dissimiles (quia à

ratione imperatos & moderatos, & instos.) Ac-

cenduntur zelo ræctitudinis, & erga delinqüentes ius-

titonis iacula intorquent. Dignantur, sed non dedi-

gnanter, persequientes excitanti, sed amantes: non ho-

minis naturam, sed hominum virtutis insequuntur, vt cor-

rigant, non vt perdant. Hoc Phineas: rogetis zelos ma-

ximam

ximam fornicatorum exercuit stragem, unde illi ad iustitiam in sempiternum reputatum est. Quotquot ad perfectionis asecederant fastigium, hoc rectitudinis zelus ardeant. Quocirca tantum abest ut contra dominum passionum sit irasci; ut potius si virtutum non irat, dum itam ista causa exigit. Quā de re pulchre agit Gellius ex sententia Plutarchi & Tauri Philosophi: Plutarchus, inquit. Seruo suo nequam homini & contumaci sed libris disputationibusq; Philosophie aures imbutas habenti, tunicam detrahens, ob nefio quod delictum cedens, eum lora iussit. Caperat verberis obloquebatur non meruisse ut vapularet, nihil mali nihil seeleris admisisse. Postrem vociferari inter regulandum incipit, neque iam querimonia aut gemitus emulatus facere, sed verbis serua & obiurgatoria. Non ita est Plutarchum, vt diceret, Philosopham irasciturus esse. Sepè eum de malo iracundie edissertasse: librum quoque *περὶ ἀρετῶν*, pulcherrimum conscripsisse his omnibus que in illo libro scripta sunt, nequam conuenire quod prouolutus effususq; in transplurima se plagis multaret. Tum Plutarchus lente & leniter, Quid autem, inquit, verbero, nunc ego tibi irasci video? Ex vultu meo: an ex voce, an ex colore, an etiam ex verbo corrumptum esse me irā intelligis? Mithi quidem, neque oculi opinor, tristes sunt, neque os turbidum, neque immanter clamor, neque in spumam ruborem effervesco, neque pudenda dico aut penitenda, neque omnino trepidō irā & gestio. Hęc enim omnia, si ignoras, signa esse irarum solent. Et simul ad eum qui cedebat, conversus: Interim, inquit, dum ego atque hic disputamus, hoc tu age. Subdit Gellius, Tauri sententiam ex eā Plutarchi responsione haudam: Summa autem totius sententia Tauri hac fuit. Non idem esse existimat, *περὶ ἀρετῶν*, aliudque esse non iracundum animum, *ἀναργυρός* οὐκ εὔαργυρος. Nam aliorum omnium quo Latinus Philosophi affectus vel affectiones, Gratiī Πλάθη appellant, ut huius quoque motus animi, qui cum est vicescenda causa senior, ira dicitur, non priuationem esse vitalem censunt, quam Gratiī *σέγετον* dicunt, sed mediocritatem quam *μετρίον* illi appellant.

Adiungam hic de iusta punitione non omitenda, dum eam exigit delictum & alia circūstantiae, personarum, loci, & temporis, & occasionum. Est iusta misericordia, inquit S. Ambrosius, ut etiam iniusta misericordia. Denique in lege scriptū est de quodam: Non miserebis illius. Et in libris Regnorum legis, quia Saul postea contraxit offendit, quia miseratus est Agag hostium Regem.

CAPUT TRIGESIMVM PRIMVM.

An possit assignari certum temporis spatiū, quo exacto acquiratur passionum dominium?

R Epondeo, non posse. Cum enim valde specialia & varia Diuinæ gratia auxilia & praefidia

necessaria sint ad acquirendum passionum dominium, & nemo mortalium scire posse, quæ, & quot, & in quo gradu sint vnicumque necessaria ad edomandas passiones, & an ei sint divinitus certò suppeditanda, ideo temerarium est, certum præscribere spatiū temporis pro hac re acquirenda. Et quod Abbas Chætemon Coll. 12. apud Cassianum, respondit Germano interroganti, quanto spatio temporis Castitas possit perfecta acquiri, idem de quauis virtute & de passionum dominio respondendum est: Temerarum esse super consummatione huic certam temporis definire mensuram, que non facile, etiam in istū materialibus artibus, ac visibilibus disciplinis discerni potest. Secundum intentionem namque animi, atque ingenij qualitatem, necesse est ea ab unoquoque vel celerius vel tardius apprehendendi. Quocirca dum Chætemon paulo post spatiū 6. mensium præscribit, intra qua cognosci queat, possiblitas castitatis adipiscenda, male & non cohærente supradictæ sententiae loquitus est: vt bene etiam obseruat in Virā P. Balthasaris Aluarez P. Ludouicus c. 42. pag. de Ponte, Dei id munus est: Deus vni citius, alteri tardius id largitur, iuxta benefacitum suū, quandoque velocius indignioribus quam dignioribus: quandoque tardius iis, qui naturam habent magis facilē ac pacaram, quam aliis effeciorie ac diuiore naturali complexione horridis. Ut non gloriatur in conspicuū eius omnū caro. Ordinarius tamen est iste Dei cursus, ut citius illis sua communicet dona rariora, qui bono vnu auxiliorum Diuinæ gratia, se disponunt per exercita virtutum, & cooperationem suam, ad dona Diuinæ præstantiora, iuxta illud axioma Theologorum benè explicatum: Facient quod in se est. Deus non denegat gratiam, scilicet ampliorem, si fecerit alia prævia, beneficio tamen non solius naturæ, sed Diuinæ gratiæ, nos à rebus minus perfectis ad perfectiores ob Christi merita, excitatis & conducentis. Nam vt definitū est in Conc. Arausiano secundo: Si quis per natura vigorem, bonum aliquod quod ad salutem pertinet vita eterna, cogitare aut eligere posse confirmat &c. heretico falliti spiritu. Et, vt scribit S. Aug. Quod attinet ad præstatem & religionem, non sumus sufficiens cogitare deit Sæc. aliquid quasi ex nobis: & nemo sibi sufficit ad incipientem vel perficiendum quodcumque opus bonum.

Ideo merito S. Thomas cum melioribus 265. Theologis docet, preparationem hominis, si consideretur secundum quod est à libero arbitrio, nullam habere necessitatem ad gratia consequentem, sed secundum quod est à Deo mouente. Et ita bene dixit de grat & Abbas Serapion apud Cassianum: Impossibile est, lib. arb. de qualibet passione triumphum quempiam promovere. Coll. 5. c. prius quam intellexerit industria vel labore proprii 14. certaminis semet obtinere non posse. Inter industrias vero est tempus.

Merito ergo in vita P. Balth. Aluar. scriptum 266. est, à P. Ludouico de Ponte: Non oportet Deo præscribere tempus visitationum & misericordiarum sua 501.

E c 3 rum.

rum. Quare suspecta res esse debet, si quis generalē aliquam regulam constituerat: quod scilicet, qui talem, aut talem adhibuerit diligentiam, per tot annos, aut mensis; talem à Deo feruorem, aut virtutis gradum; si consequitur.

CAPVT TRIGESIMVM SECUNDVM.

Quibus signis cognosci possit virum Spiritualem nondum acquiescisse perfectum suarum passionum dominum?

267.

Respondeo duo huius rei esse signa certissima. Primum frequens in peccata venialia, cum plena deliberatione lapsus, autem dicere, etiam in peccata frequentia, quae ex surreptione seu infirmitate admittuntur. Ratio huius rei est: quia in peccata potissimum labimur, ex impetu nostrorum passionum non mortificatum. Unde S. Augustinus ait: Sine peccato semper essemus, si sanaretur hoc malum concupiscentia repugnans legi mentis nostrae. Ex indomitis ergo passionibus pululant peccata frequentia suntque signum indomitum passionum.

Secundo signum est: frequentes motus passionum praesertim nos perturbantibus, & quietem metis impedientibus. Vnde signa illa qua dat loannes Abbas apud Cassianum, nondum curatorum vitorum, eadem prouersus sunt non edomitari. Latitat, inquit, intra nos: inquit etiam sexipradix omnium, que extirpata non fuerat, peccatorum, quam adhuc in nobis vivere, his deprehendens indicis. Verbi gratia: Cum in solitudine constituit, aduentum Fratrum, vel brevissimam eorum moram, cum quadam astutia animi anxietate suscipimus, inesse adhuc in nobis vivissimum impatientie somnium uerimus. Cum vero cuiusquam Fratris speramus aduentum, si eo pro necessitate aliquo paululum forsitan demorante, vel tacita indignatio nimiam eius culpaverit tarditatem, & mente nostram immoda expectationi solicitude turbauerit, ire atque tristitia manifeste in nobis via residere, conscientia nostra probavit examen. Item, si Fratre vel codicem ad legendum, vel quamlibet aliam ad vendendum, speciem postulante, aut nos illius petitio contrastauerit, aut illum negatio nostra repulerit, dubium non est, nos adhuc auaritia aut Philargyria laqueis compediri. Quid si recordationem famina nobis vel cogitatione subita, vel sacra series letitionis attulerit, & in ea quadam nos senserimus titillatione pulsato, sciamus necdum extinctum in membris nostris fornicationis ardorem. Si vero de comparatione strictionis nostra, & remissionis aliena, vel tenuissima mente nostram tentat elatio, certum est, dira nos superbit peccato corruptos. Cum haec ergo in corde nostro deprehenderimus vitorum indicia, manifeste cognoscimus, nobis non affectionem sed effectum deesse peccatum. Quae utique passiones, si nos quandoque conuersationi misericordie humanae protinus de cauernis nostrorum sensuum procedentes prodant se, non tunc primum cum eruperint nasci, sed tunc demum quam diu latuerint, publicari. Et ita vniuersiisque viri radices defixa, sibi

1.1. cont.

Iul. c. 10.

Coll. 19.

cap. 10.

certis indiciis etiam solitarius deprehendit, quisquis puritatem suam, non hominibus ostentare, sed illius conspicui tuolatam studierit exhibere, quem latere omnia cordis arcana non possunt.

Claudam hoc punctum historiā quādam ex viti Patrum exceptā, ex quā etiam cognosci potest status hominum non habentium dominium perfectum passionum. Dicebat de quodam

L. 5. libel.

lo 10.

senē, quia fuerit quinquaginta annos, neque panem comedens, neque facile aquam bibens, & dicebat: Quia

exitxi fornicationem & auaritiam & vanam gloriam. Et quia Abbas Abraham audierat, quod haec dixisset, venit ad eum & dixit ei: Tu dixisti hunc sermonem? Et ille respondit: Etiam. Et dixit ei Abbas Abraham: Ecce intras in cellam tuam, & iuuenis supra matram tuam mulierem, potes non cogitare, quia mulier est? Et dixit: Non, sed impugno cogitationem meam, vt non tangam mulierem illam. Dixit Abbas Abraham: Ecce igitur non fornicationem interfici, quia viuit passio ipsa, sed alligata est. Iterum si ambulas in via, & vides lapides, & restas vasorum, & in ipsis iacens aurum, quod videris; potes velut lapides reputare? Et respondit non, sed resisto cogitationi meae, ne colligam illa. Et dicit ei Abbas Abraham: Ecce ergo viuit passio, sed alligata est. Et dixit iterum Abbas Abraham: Si audieris de duabus Fratribus, quia unus diligit te, & bona de te loquitur, alius autem odit, & detrahit tibi, & venerior ad te, viroisque equaliter suscipit: Et dixit: Non, sed ex oratione animo vt similiter benefaciā ei, qui me odit, sicut illi, qui diligit me. Et dixit ei Abbas Abraham: Vnuane ergo passiones, sed tantum à sanctis viris quodammodo religantur, id est, domantur. E contrario vero tūc agnoscantur domitæ, si non sentiantur earum motus valde inquietantes & perturbantes modestè animum, in occasionibus occurribus. Leuibus enim carere motibus, suprad ostendimus cap. 7. esse præter statum vitæ præsentis dannantem Stoicam & tristam. Quod quidem de inordinata passionē amoris docet Abbas Coll. Ioannes: Cum perfelixsimus à quā virtute fundatus, ad illecebram blandieatur cogitationum, nullum mentis assensum, nullam carnis commotionem in se deprehendit excitari, certissima puritatis sue capiet documenta, ita vt ad hanc se firmitatem puritatis exercens, castitatis atque incorruptionis bonum non solū mente posideat, sed etiam corporalem famine attactum, causā cuiuscunq; vt sole, necessitatibus attulerit, penitus sensum passionis ignoret.

Hoc sensu intelligendus est Seneca cum scripsit: Nullum est argumentum magnitudinis certius (id est magna & eximia virtutis, qualis est in habentibus passionum dominium) quam nihil posse, quo instigeris, accidere. Et alibi idem ait: Magni animi est proprium placidum esse tranquillumque, & iniurias atque offensiones semper despiciere. Et talibus signis dignoscit potest, an aliquis habeat suarum passionum dominium, necne. Sed adhuc sunt signa alia indomitum passionum: nimis, interrupere sermones aliorum loquentium & aliquid narrantium, antequam plene narrationes

268.

270.

enimq; Christi gione, c. 13.

1. in 1.

Corinthi ianitoral

tiones suas finiant: Com quadam auditate & impetu ac festinatione quadam, velle aliquid narrare vel dicere, postquam alter suam narrationem absolutus. Litteras aliunde ad se allatas, velle statim cum quadam auditate resignare, etiam si nulla appareat vrgens necessitas rescriendi quid in eis nuncietur: In disputationibus non permittere ut alter, cum quo disputatur, omnia quae vult proferat, sed illius dicta abrumperet, cum quadam lingue loquacis pruritu. Ideo P. Ludouicus de Ponte, ut vir sanctissimus, disputationis, sinebat loqui alterum quantum vellet, etiam quandoque per medium horam, audiendo ad ueritatem loquenter: & tunc primùm feruenter, sed placide, sine commotione affectus, impugnabat eius dicta. Indomitatum etiam passionum signum est, ad eum qui te laesit re aliquam, postquam Iesus es non sentire tam benignū animis puri affectum, ut antea sentiebas: Item nolle placari aduersario vel ei a quo laesit es: Non permittere ut alter coram te accusatus, volés se purgare, purget se, vel antequam finiat, quae volebat adferre ad sui defensionem, praedicere eius sermonem: vrgere nimium executionem rerum imperatorum cum quadam impatiētia & importunitate: cum quadam anxiitate cor perturbante, & quietem animi tollente, exequi imperata.

CAPVT TRIGESIMVM TERTIVM.

An & quantum prædicti perfecto domino passionum, sentiant in se motus passionis timoris, tristitiae, & similes?

270. **R**espondeo primè, cum suprà ostensum sit, passiones inesse nostræ naturæ, iisque carere non posse homines hoc corpore mortali vestitos: certum est, etiam Sanctos sentire in se variis passionum motus, sed qui habent passionum dominium, eos sentiunt sine inquietudine & perturbatione animi, verum cum magna tranquillitate: tamen non esse sine aliquo carum sensu infrā explicando, alioqui dicendum est, eos habere Stoicorum apathiam suprà nobis recessam c. 19. n. 18. & sequentibus.

De SS. Martyribus scribit B. Laurentius Iulianus: Cum plurimos Sanctorum legamus, ulteriore exposuisse cruciatus, mortemque minimè declinasse, cum possent, hos nequaquam dixerim penarum seu existi caruisse metu, sed illum tunc vita desiderio superasse. Habant plenè in seipsis paucorem mortis, & immortalitatis effectum, gratia vincente meum separatio-nem. Quocircà S. Chrysostomus, commendans Christi gaudium in tribulationibus sic loquitur: Eo nomine & Paulus semper gaudebat, adeo, ut ne sensum quidem tantorum malorum caperet: (scilicet inquietantem se) ac dolebat quidem ut homo (ecce sensus doloris lenis, non perturbans) sed non dei-

ciebatur animo. Et de Abrahamo sic ait: *In signis ille Patriarcha, cum multa molesta pataretur, tamen gaudio fruebatur, &c.* Causa tamen putes illum, quoniam facile paruit Deo. omnia illa sine doloris sensu pertulisse. Etiam si decies milles iustus fuisset, sicut reuerata erat, homo tamen erat, obnoxius naturæ affectionibus: sed nihil horum eum deiecit.

Porrò huiuscmodi passionum motus, & earum sensum, non præiudicare eximia perfectione & virtuti Sanctorum, hinc patet: quia si id contra perfectionem sanctitatis esset, non excitasset in se Christus Dominus, sua voluntatis imperio, motus iræ, & tristitiae & timoris, & tædij: nec turbasset le ipsum voluntariè ob Lazarum mortem & prodictionem lude. Major enim fuissest in Christo imperfectio, voluntariè hos in se motus excitat, quam esse possit in Sanctis, qui eos inuoluntarie patiuntur, ob obiectorum eas excitantium magnitudinem.

Respondeo secundo, quamus omnes Sancti aliquos passionum motus in se senserint, tanquam homines, fuisse tamen & esse tales, qui triplici hac in re prærogatiua fuerint ornati à Deo, ut suprà etiam à me ostensum est; allatis exemplis, quae hoc quoque loco repetenda sunt, ut profundius insigantur memoria, & haec veritates melius percipiuntur, iterum repetita.

Primo, certos quosdam motus nunquam senserunt post acquisitionem passionum dominium. Secundò illos, quos habebant, non sentiebant, circa certa quoddam obiecta, quamus sentirent circa alia eiusdem generis. Teriù denique in illis ipsis naturalibus passionum motibus, quos sentiebant, ut homines, præter tranquillitatem summam mentis, quam, eos sentiendo, refinebant, non sentiebant in corpore illam alterationem, quæ solet sentiri ab hominibus ordinariis, etiam magnâ virtute prædictis, sed nondum habentibus perfectum passionum dominium. Verbi gratia: dum patiebantur aliquam grauem persecutionem, seu infamationem, seu condemnationem sui iniustam, cum graui notâ, & honoris & famæ iacturâ coniunctam, non sentiebant tristitiam, nec dolorem, nec vilam prorsus alterationem in parte inferiore (qualem antea solebant sentire, quando non erant domini passionum) sed tantum quandam veluti speculatiuam disloquentiam partis inferioris, similem illi, quam sentiunt, v.g. dum habent malam viam, aut dum deficit lux iter facientibus sine illâ commotione partis sensitiva. Hoc patet certissimâ experientiâ in illis, qui sunt domini passionum, ut docent exempla in vitis eorum vere descripta.

Prima prærogatiua exempla sunt hec. Vidi mus su-
prâ S. Dauide & S. Anton, & S. Hilariohem, & S. Marcium, & S. Xauerium in proximis mortis occasionibus & periculis evidentibus hostium, & naufragiorum, in summis tempestatibus, nullum mortis metum sensisse.

271.

272.

num. 56.

332. Ita motibus omnibus catuisse Abbatem Davidem per 40 annos, quibus praeftuit 150. Monachis, supra ostensum est, quamvis essent innumerabilia qua eum ad iram prouocare poterant. Et S. Climacus scribit se in quadam monasterio inuenisse viros, qui dicebant se perfecte exuisse omnem laboris & doloris sensum in maledictis & contumelias. Et infra: quendam senem octogenarium, vocatum ab Abbatem a mensa, sterile ante eum comedentem per duas horas, nullamque penitus malignam cogitationem aduersum Abbatem admisisse.

273. Secunda prerogativa exempla sunt in S. Paulo Apostolo, qui in quibusdam tribulationum & aduersitatum materiis superabundabat gaudio; in aliis vero, adeo optimebatur tristitia & dolore, gaudium omne excludente, ut taderet eum etiam vivere. S. Bernardus ob mortem Fratris sui Gherardi, quamvis sibi summè charti, lacrymatus non est, cum tamen ob aliorum mortes, vix aut nunquam sine lacrymis fuerit, ut scribitur in eius Vita, & ipse narrat de se.

Sic aliqui nullos patiuntur motus fędos alloquendo & aſpiciondo diu, dum opus est, faminas & pueros formulos, quos tamen sentiunt in aliis occasionibus, dum nullam vident personā.

Beata Clara de Monte Falco, mortuā eius fo-
re sibi charissimā, ob eius mortem nullas fudit lacrymas; sed per triduum amarē fleuit, quod eius mors sibi ademerit illa consilia, & directionem Spiritualem, quam ab illā percipiebat, ut supra loco retulimus.

274. Terteria prerogativa exempla sunt in Abrahamo, qui, eti sentire dolorem & tristitiam ob mortem, quam inferre Dei ius tu volebat charissimo suo & unico filio, tamen, ut de eo scribit S. Zenobius Episcopus Veronensis & Martyr, religiosus carnifex, stringit gladium, à filio ad agnum transfluit dexteram, semper latu & gaudens. Nec mutatus est rultus eius, cum esset victimā commutata. In illo Sacrificio Deus doluit, qui aliam victimā procurauit. Huma-

no more & metaphoricè loquitur hic Sanctus de Dei dolore, cuius incapax est, quippe summè beatus. Hac prærogatiā caruerunt & Stoicæ assertores impassibilitatis passionum. Nā in oī Sen. ep. casionibus periculorum vitæ, pallorem & mutationem vultus in se sentiebant, vti de se scribit & de aliis apathia laudator Seneca, & de Aug. 9. alio Stoico Gellius, & S. Augustinus. ciu. c. 4.

De S. Ioanne Evangelista scribit S. Dionysius Areopagita, eum non lenissime passionum motus in corpore, sed speculatiū tantum in animo, ut posset diudicare, quando erat in se excitata, ordinato modo, iuxta recte rationis præscriptum:

Et quod his omnibus mirabilius est, suprà viditu scriptum à B. Raymundo S. Catharinam Senensem fuisse expertem omnium passionum humanarum, alii virtuosis communibus consuetarum.

Et de B. Catharinā Genuensi simile aliquid narratum in eius Vitā suprà ostensum est.

Quę eti negligenter & tepidis in Dei servitio, & politico magis spiritu quam Diuino imbutis, incredibili videbuntur, tamen sunt certissima, & hinc nostris temporibus, toto conatu gratia Dei obsequientibus, & omnibus mediis extrinsecis ad Spiritualem profectum feruenter vtentibus, concedi diuinitus solita. Sed si quis forē, ut monet Cassianus, pro flatu sui 279. & propōfū qualitate, sive pro vīsu & conuersatione prefante communī, vel impossibilia putauerit esse, vel dura, non secundū modum sue facultatis, sed secundū dignitatem & perfectionem aliorum metiatur: quorum prius studium atque propōfū mente concipiāt, quo verū mortui huic conuersationi humanae, nullis affectionibus parentum carnalium, nullis actuum secularium nexibus obligantur &c. de quibus tamen si quā voluerit veram proferre sententiam, & vīrum impleri queant, desideret experiri, festinet prius eorum propōfū famili studio & conuersatione suscipere, & tunc demum, ea quā supra facultatem hominis videbantur, non solū possibilia, verū etiam suauissima deprehendet.

NICO.